

DECRETA
Provita Regulari sancti
MONIALIVM ORDINIS CAR-
mellarum amplificanda.
(::)



PER REVERENDISSIMVM P.M. IOA-
nem Stephanū Chizolam Priorem Generalem Visi-
tatem, & Apostolicum commissarium eiusdem
Ordinis edita: de Consilio Reuerendorum Magistro
rum Alphij Mathioli Procuratoris Generalis in Cu-
ria Romana, & Fernandi Suares Procuratoris Gene-
ralis in Curia catholici Regis, s̄ciorum Reuerēdissi-
mi Generalis. Consultis etiam omnibus Hispaniæ, &
Lusitanie Prouincialibus. Alijs q; uiris doctissimis
& p̄iissimis. 1595.

MA GISTER FRATER IOANNES STHE
phanus Chizzola Cremonensis Prior Generalis Fra-
trū, & sororum Ordinis Beatę semper qz Virginis Ma-
riæ d Monte Carmeli Regularis obseruantiaz. Omni-
bus Sanctimonialibus eiusdem Ordinis sinceræ dilec-
tionis affectum.

CHRISTVS Iesus Pastor ille bonus, qui uenit
quærere & saluum facere, quod perierat, circui-
bat omnes ciuitates, et Castella docens in Synagogis
eorum, prædicans Euangeliū regni, & curans om-
nem languorem, & infirmitatem. Que Christi actio,
quid aliud est, quam nostra (qui pastoris munus in
hac Sacra Carmelitarū familiagerimus) instructio:
& uiua quædam admonitio: nempe ut eisdem uesti-
gijs incedentes requiramus gregem nostrum, neqz
cum fædissima malorum huius temporis contagione
infici patiamur, ne dominus sanguinem ouium sua-
rum negligentia nostra pereuntium de manibus no-
stris exigat. Quare mittimus ad uos sorores dilectissi-
mæ, hæc salutaria decreta ad normam sacri Concilij
Tridentini restituta, in quibus, nihil contrarium ui-
tę regularis puritatı sī & cādori inueietis, sed potius
paternus amor erga uestram spiritualem salutem, &
sollicitudo nostra inrepando religiosæ disciplinæ ex-
tincto decore potius elucebit. Valete in Domino, ex
nostro Hispalensi Carmelo. 26 Septembris. 1595.

CAPVT PRIMVM

Dediui in officio, oratione, lectione, confessio-
nibus, et communionebus.



VMILLVDS IBI
ob oculos statuant vniuersæ na-
tiones, pictate naturali adductæ, ut
Deum pura mēte, & ritibus quibus
jam externis in primis colant. & uc-
acerentur, dedecus summū foret, si re-
ligiosæ personæ à communi homi-
num consortio selectæ, ut Deo optimo maximo famu-
lentur, in diuinis laudibus psaliendis, & sincera reli-
gione sectanda, cæteros quoisque non antecellerent.
Cum autem ad sanctimoniales valde pertinat lauda-
re assidue Deum creatorē, conseruatorem, & redem-
ptorem mundi, eidem gratias agere, & supplicare, ut
suā misericordiam & salutē omnibus hominibus im-
partiatur: id circō statuimus, ut audito primo signo *moniales* &
per horis quibus cūq; diurnis, aut nocturnis dicendis *nes ad cho*
moniales omnes se parent, congruenti ordinis vesti-
tu inductæ, & ante terminationem finalis pulsationis,
omnes conueniant ad locum deputatū, deinde ad cho-
rum humiliter, & devotè accedant.

A

Cum

Diuinū offi 2. Cum diuincte officium celebrandum fuerit,
cium amo- distinete, attente, & deuote, & cum conuenienti pau-
nialibus cū sa in medio versus, a monialibus nostris celebretur.

pausa dica

tur.

Moniales

non loquan-

tur in choro

3. Colloquium, risus, & quicquid indignum est do-
mo Dei, & eius ciuina maiestate cum quad colloqui-
mur, in oratione à monialibus nostris omnino
amoueantur.

Que sunt
a choro exē
p̄tæ.

Priorissae-
sub priori-

ssa tenean-
tur ad cho-
rum.

Quibus pe-
nis sub ja-
ceant que
choro non
interfue-
runt.

Martyro-
logium g, e
gorianum
recitatetur
quotidi: in
choro.

Officio par-
ua cum ma
jori dicar-
tur in choro

4. Nulla monialis excipiatur a choro diu, noctu-
q; exceptis illis solum, quæ vere infirmitate fuerint
grauatae, vel alijs occupationibus legitimis impedi-
tx, de quibus Priorissæ constet, super quo eiusdem
Priorissæ conscientiam oneramus.

5. Priorissa vero, & subpriorissa primæ sint in deun-
do chorum, a quo nunquam, quacunq; de causa alte-
ra illarum abesse possit.

6. Quæcunq; autem contra hæc, quæ iussa sunt
aliquid fecerit, pro prima vice ad moneatur, & corri-
gatur in publico capitulo, pro secunda vescatur pane,
& aqua in terra. Si vero in contemnum duxerit pænæ
inobedientium subjiciatur.

7. Non omittant moniales nostræ in horis canoni-
cis ad primam legere Martirologium nuper reforma-
tum iussu fæ. Recor. Gregorij Papæ decimo terciis, &
eo tantum uti, omni alio prætermisso, ad præscriptū
dicti Ponticis.

8. Cum officium paruum beatissimæ virginis, offi-
cium mortuorum, septem psalmi, quindecim gradua-
les absoluuntur, publice in choro cum officio maioris
jux-

iuxta rubricas Breuiarij nulla tunc temporis chorum egrediatur, sed omnes eidem officio interfint, secus facientes pro modo culpæ a Priorissa corrigitur.

9. Ordinamus quod nulla monialis seu dextri, seu quædo sede sinistri chori sit ausa sedere, ante quam Priorissa, vel ^{re} debeant quæ præcedit ea ex parte, qua Priorissæ statuta est sedes, ex alia vero parte dignior, vel quæ præcedit, se- moniales in choro. derit.

10. Et quia strepitus in choro absoni sunt, caueant moniales nostræ, ne in eleuandis, seu in demittendis se dibus ex vehementi tabularum collisione strepitus- emittantur.

streitus
non fiant
in choro.

11. Item ordinamus, quod moniales, quæ ad cantam dū fuerint deputatæ, ea, quæ concinēda fuerint, prius preparent, quam omnes moniales chorum ingredian tur, & ne sit in potestate cuiuslibet incipere antiphonas, responsorium, & quæ cātantur in choro admissā maiorem, seu ad quæcunq; alia officia: sed moniales ad id deputatæ incipiunt antiphonas, quas postquam incepserint, & debite progreſſe fuerint, reliquæ oppor tunē, subsequantur sub pena panis, & aquæ pro vice qualibet commissæ negligentie cuiusvis.

A quibus
incipienda
sunt antiph
onas in
choro.

12. Moniales conuersæ dicant horas, prout regu la nostra præcipit, scilicet ut viginti quinq; vici bus di cantur Pater noster, et totidē Ave maria in nocturnis vigilijs, exceptis Dominicis, et solēnibus diebus in quorum vigilijs predictum numerum statuimus. Quæ horas non persolu tur. crit pukiat.

duplicari, ut dicatur Pater noster vici bus quinqua ginta. Septies autem eadē dicatur oratio in laudibus matutinis in alijs quoq; horis sigillatim eadem dicantur.

tur oratio, præter officia vespertina, inquisibus ipsam quindecies dicere debeat. Et quotidie missam audiatur, super quo Prioris et conscientia oneramus, ut diligenter adhibeat.

*Quæ horas
canonicas
non persol-
uerit punia-
tur.*

I. 3. Quæcunq; monialis post solemnem professionem emissam, diuinum officium seu horas canonicas dicere neglexerit, & de hoc conuicta, aut confessa, vel etiam violenter suspecta fuerit, carceri mancipetur, per mensem.

*Rit quoti-
die oratio
mentalis
habeatur in
choro,*

I. 4. Et cum homo a peccatis magis abstineat, quo actibus humanis expoliatus Deo proprius accedit, contemplatio q; & oratio mentalis Deo hominē coniungat, ut religiosæ nostræ in hac sancta meditatione se se exerceant, statuimus quotidie bis, post matutinas, & post completorium, tributum istud Deo persolui debere: ita ut facto signo omnes tam professæ, quam nouitiae nulla excepta ad chorum conueniant, ibi q; per dimidium horæ qualibet vice, orationi mētali, contemplationi q; vacent, sub pena priuationis vocis ac ciuæ & paenitentie ijs, quæ post trinam admonitionem interessæ neglexerint, Præsertim vero eleuatis ad Deū mentibus inter cætera, diuina mysteria, vitam, doctrinam q; Domini nostri Iesu Christi studiose meditabū tur, passionem videlicet, mortem, resurrectionem, ascensionem in cælum, extremum aduentus ad iudiciū, beatorum gloriam, & damnatorum supplicia, alia q; huiusmodi, quæ ad Dei gloriam & propriam, proximi q; salutem pertinent. Et ut magis excitetur deuotio ad hæc mysteria contemplanda, dictam orationem mentalem semper præcedet lectio aliqua spiritualis vernaculi sermonis, ut ex Patre Ludouico granatensi, vel patre Petro de Alcâtara, aut simili alio pio libello.

*Diciplina
quando re-
cipienda.*

iii. 5. Cui contemplationi ut humilitatis virtus unia sur, volumus ut qualibet feria sexta per totū annum,

ac

ac in uigilijs ex præcepto ecclesiæ, & beate virginis,
in aduentu vero, & quadragesima fériis quarta, &
sexta, disciplinas sibi infligant post matutinas.

I. 6 Et quoniam septies in die cadit iustus, & ho-
mo tam ex fragilitate naturæ, quam ex propria mali-
tia, & generis humani hostis suadente nequitia, in va-
ria quotidie incidit peccata, hortamur ut ante quam
sōnum capiant moniales nostræ Deo se se commen-
dent; ac ab illo veniam peccatorum suorū postulent.
Nec omittant quacunq; rationale, aut causa facta si-
no silentijs in proprias cellulas, quam primum se se re-
cipere, ibi q; genu flexæ ante saluatoris imaginem
propriæ conscientiæ, prius quam cubitum cant, exa-
men faciant, commissa & omissa de fleant, ac qua maio-
re possint humilitate, & cordis cōtritione delictorum
suorum veniam de precentur.

I. 7 Præceteris autem meminerint moniales nos-
tre pro sancta matre ecclesia, summo Pōtifice, ac Præ-
latis, principum q; christianorum pace, & vnione, ac
inter eos inuictissimi Regis nostri catholici, sereni-
ssimi q; Principis, nec non totius regiæ prolis fælici
statu, & diuturna conseruatione quotidie peculiares
ad Deum preces effundere: ut sint dies eorum sicut
dies cæli super terram, & dies super dies Regis Deus
adijciat, annos cius usque indicem generationis, & ge-
nerationis.

I. 8 Et ut earum orationis sint magis Deo acceptæ,
confiteantur s. t. pe moniales peccata sua confessario
per superiorēm deputato saltem semel in mense. In-
hibemus autem districte in virtute sanctæ obedientiæ
ne alicui extraneo alterius ordinis, veletiā præsbite-
ro sœculari vllæ confiteantur, si copiam confessoris
nostrī ordinis habere potuerint,

I. 9. Permitimus tamen, & ita prouincialis vel co-

Morales
quotidie cō-
scientias
suas ex-
minent.

*Pro quibus
orandum est
in connen-
tum monialiū*

*Saltem se-
mel in men-
se confiteri
teneantur
moniales et
pro hibeu-
tur extra-
nacōfiteri*

*Confessari missarius noster curabit, ut ipsis monialibus extra
usextraordi ordinarius confessarius bis, aut ter quot annis exhibi-
narius mo- beatur, qui earum confessiones audire possit, pro ut
nialibus ex mandat sacrum concilium Tridentinum: tamen erit ex-
ibeatur.* nostro Ordine.

morientibus quis confe- sfor concede dus. 20 Monialibus ad mortem ægrotantibus, conceda-
tur confessarius ex nostro Ordine, quem ipse elege-
rint: vo lumen enim in tanto periculo omnē ipsis con-
cedi consolationem, & ad salutem æternam admini-
culum.

Cōfessiones puellarū au- diat confe- ssarius mo- nialium. 21 Confessarij monialium confessiones insuper
puellarum sæcularum audiant, quæ in earū monas-
terijs reperiuntur ad educationem, & eas commu-
nicent, ipsarumq; in spiritualibus curam habeant.

Quibus die- buscommu- nicare tenet- tur monia- les. 22 At vero quia nihil nos Deo magis coniungit,
nihil q; diuinæ naturæ nos magis consortes efficit
quam Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum dig-
nè a nobis receptum, sciant moniales nostræ se, ad tā-
tum, tamq; diuinum Sacramentum sumendum duo
decies in anno teneri, nempe in dominica prima adue-
tus, in Natiuitate Domini, in Purificatione Beatæ Vir-
ginis Mariæ, in prima dominica quadragesimæ, in die
cenæ, in Anuntiatione Beatæ Virginis, in Paschate Re-
surrectionis, in Pentecoste, in die Corporis Christi, in
Assumptione Beatæ Virginis Mariæ, in Natiuitate
eiusdem, & in festo omnium sanctorum. In quibus so-
lemnitatibus, illud deuotè suscipiat cappis albis in-
dutæ & omnes simul coniunctæ atq; & nulla mo-
nialis absq; licencia suæ Priorisse à communio-

ne abstinere audeat, sub pæna grauioris culpæ pe
duos dies irremissibiliter sustinenda.

223 Hortamur tamen moniales nostras, ut singulis diebus Dominicis, ac alijs festis ex præcepto ecclesiæ communicen^t timo si quæ frequentius ob suam deuotionem tantum Sacramentum recipere velint, non eis inhibemus, sed uta quocūq; Sacerdote Ordinis nostri ibidem celebrante hora sibi magis commoda in mane communicari possint, permittimus

24 Cæterum animaduertat ob tanti Sacramentū reuerentiam maximam sibi fore necessariam dispositionem, quam vna quæq; post suorum peccatorum humilem confessionem Sacerdoti factam: non de rotium, non per deambulationem, aut vant colloquia, sed òes orationes, & Sanctus meditationes acquirere studebit: simulq; ne eius Sacramenti fructus depereat, continuam illa die habere curabit Sacram lectionem, vel deuitis Sanctorum, vel de alia spirituali iuxta, propriam deuotionem.

25 Diebus festis ut otium a quo mala omnia oriuntur evitetur moniales nostre, tēpus, quod sibi a diuinis officijs, & consuetis orationibus, superfluerit, in rebus suis otium a diuinis legendis, aut meditandis consumant: quæ ad monialibus Dei, & ad ipsius cognitionem easducant, viamq; mō- Diebus fe-
stis otium a
monialibus
Dei, & ad ipsius cognitionem easducant, viamq; mō-
vite. Et strenue perfectionis, & æternæ vitæ. Et ut id commo- lectio spiri-
tus facere possiat, ordinamus ut eisdem diebus fe- tualis incō-
stiujs post vesperas lectio aliqua spiritualis ex vitiis sā munihabed-
ctorū tur

ctorū in loco commōdiori omnībus monialibus præsentibus, & audientibus habeatur: cum huiusmodi lectio fructuosa sit, & suavis animarum oblectatio, & virtus coercent, ac ad virtutes inflammet. Quæ vero interesse neglexerint arbitrio Priorissæ corrigantur, & si Priorissa negligens fuerit, ab officio per duos menses suspendatur.

Quando se deredebent 2 6 Dū cantatur Kyrie eleison, gloria in excelsis, et in choro.

credo nulla monialis sedeat, etiam cantantibus organis. Dum vero cantantur psalmi cum organo (cantus magnificat, Benedictus, & nunc dimittis exceptis) sedere poterunt, præter nouitias, quæ semper stantes ante lectorile directo ordine manere debent.

2 7 Cantus monialium nostrarum sit grauis, & cōmuni ordinis vsu receptus: sed neq; aliquem cantum profanum magis ad lasciviam, quam ad deuotionem prouocantem, monialis aliqua decantare audiat, sub pœna grauioris culpæ cantantibus, et depositionis ab officio Priorissæ, & subpriorissæ permittētibus infligenda.

*Officium de
functorum*

*pro fratre de
functo amo-
nialibus di-
catur.*

2 8 Ordinamus, ut in conuentibus nostrarum monialium cantetur totum officium defunctorum, cum vesp̄peris, & laudib⁹ & missa pro unoquocq; fratre de-

functo illius Prouinciae: & quæ libet monialis dicat vnum nocturnum psalterij extra chorū, & vna quæ q; conuersa dicat triginta pater noster, & totidem

Aue Maria pro eodem fratre defuncto, ut sic adiuuicem fratres & sorores spiritualibus adiuuentur suffragijs. Præcepimus nam

.q; conuentibus fratum ut eadem

suffragia fiant pro vna quaq; moniali nostra defuncta, & q; sociis suis

quæ p fratribus defunctorum floq; aiunt

tisfieri consuerūt.

Cap-

CAP.SECVNDVM

De communi vitæ vſu, modoq; viuendi cō muniter, & de proprietate tollenda

INTER ALIA, QVE CARMELI Moniales cō
muniter vi-
uant quo ad
victum et,
vestitum.
tx Deo in professione promisserūt, pau-
pertatis volūtariz votum maxime effulget.
Ideo in omnibus monasterijs omnes nostræ
moniales quo ad cibum, potum, somnum, vestitum, quo ad vesti-
cæteras q; res attinet, communiter viuant, ut a sa-
cro Concilio Tridentino decretum est nec quicquam
inter eas differat, aut alia alijs præferatur, aut post ha-
beatur, quem admodū paupertatis votum postulat,
ut tuum ac meum & omnis priuata rerum possessio
& re & verbo omnino tollatur, omnis & super uaca-
neus, & inanis rerum vſus.

2. Nec vlla sit, quæ quicquam possideat, aut habeat
ut proprium, etiam si ad necessitatem sit ei a superiori-
re cōcessum. Vius enim omnium rerum, quæ sibi cō
ceduntur, est omnino iacertus, & ad voluntatem su-
prioris amobilis.

3. Quoniam monasteria fere omnia monialitū nos-
traruū, Hispania, et lusitania pauperrima sunt, nec po-
ssunt

Moniles sunt ex annuis redditibus, vel eleemosynis consuetis possit viciū necessaria ad victum & vestitum monialibus tribueretur (ut experti sumus in nostra generali visitatione) & cum predictis monialibus, quae non habeant unde commode sustentare se valeant, ex declaratione illustrissimorum cardinalium congregationis concilij licet artificio, & proprijs manibus, aut alijs iustis medijs victum sibi querere, duinmodo sancta, & honesta earum clausura seruetur. Id circa ordinamus quie quid monialibus nostris donatum, legatum, relictum vē sit, vel etiam earum labore, vel industria partum tradi debere priorissae quae ex eo in arca depositi assertuato primum monialis ipsius cuius causa id quæstū est, & ad quam pertineret, nisi paupertatis votū obstat, necessitati prouidebit: reliquum conferat ad usus monasterij.

Moniales nō 4. Ut qz omnis proprietatis tollatur occasio, & accipiant dō votum paupertatis accuratius, seruetur dona: quæ na sunt licen singulis mittuntur, ad præfectam deferantur, nec vlla tū: Priorissa possit illa accipere, aut ad usum adhibere, nisi sciente, & consentiente priorissa, quæ in id omnino in cūbere debet, ut ex monasterio vitium proprietatis tan quī multorū malorū causā euellat: nec cuiquam permittat ut, pécuniam apud se habeat, aut apud consanguineos, aut extraneos sub pœna carceris per annū.

Priorissa 5. Ter autem in singulos annos, priorissa una cum quando ce discretis, cellas, & supellecilem singularum monialium diligenter inquirat, & scrutetur: ne vlla quicq; visitare cene quam habeat proprij, aut plusquam eiad usum suum tar.

concessum fuerit. Quod si quæ proprij aliquid tenere prehensa aut cōuicta fuerit per bienniū actua, & passua voce sit priuata ex tridentini concilij decreto: multo qz magis quæ ex communi, aut ex eo, quod alicuius usui tributum sit, furtum sibi aliquid

quid vindicauerit.

6. Si preterea speculum, cæcellos, vnguenta, aut suffimenta, & eiusmodi in anum rerum quicquam apud aliquam repertum fuerit, Priorissa statim idem monasterio auferendum, & eam, apud quam repertum fuerit, acriter puniendam curabit.

7. Monialis siue velata, sive conuersa sit eleemosynam dare largiri, aut vendere vestes, aut bona cuius plecieta que vis generis sint, licet ut ad usum sint tributa, omnino vestes an ali non possit: Quæ secus fecerit velum ei per mensam vendiderit.

adimatul, & velum non habens ter verberibus ad disciplinam a Priorissa asligatur. Murenum
8. Sciant moniales nostræ munerum largitionem omnibus regularibus utriusq; sexus esse prohibitam, Juxta Schenissimi. D. N. Clementis octavo metum quiem ihiu lauilit obseruari præcipimus.

9. Ad sonitum minoris campanæ omnes contuenerint ad benedictionem mensæ, quam Priorissa, vel vicaria vel ipsis absentibus hebdomadaria faciat. I. o. Deinde loco, & ordine discubentes non prius discedant, quam gratiæ Deo actæ fuerint. Quæ non obedierit, uno die obsonio priuetur,

10. Omnes eodem pane, & pitantia vescantur. Mantilia quoq; vasa, in quibus bibitur, & cætera vasa necessaria ex communi pecunia emantur, & necessarijs omnibus absq; discrimine prouideatur. Ad primam et secundam

11. Mane, et vespere ad primam mensam et secundam aliquis liber spiritualis, qui ad religionem, et deuotionem incedant, quotidie legatur omnibus discubentibus, et per legatur. Cœsilientio ac attentione audientibus, ut una cum corpore mens etiam recreetur. Quibus diebus teneantur.

12. Ieiunet autem omnes nra moniales preter ieiunia ab ecclesia instituta tam per annum quam per quadragesimas ad ieiuniam.



simi, & quatuor tēpora) etiam pertotum aduentū in vigilia corporis Christi in singulis diebus. quod libet festū Beatæ virginis præcedētibus, in litania maiori scilicet in die S. Marci (si in die dominica nō venerit) in litania minori, tribus s. diebus rogationum ante ascensionem, nec non in omnibus sextis ferijs, excepta illa, quæ est infra octauas resurrectionis dominicæ cuius ieiunium monialiaum arbitrio relinquimus. Imo ab exaltatione sancte crucis usq; ad Pascha resurrectionis, moniales nostre ieiunent ferijs quartis, sextis, & sabbatis iuxta dispensationem prioris generalis, sed & sciant pertotum annum nulli moniali nostri ordinis licere carnes comedere, nec intestina aut sanguinem ferijs quartis & sabbatis, prout regulæ nostræ mitigatae forma præcipit. Poterunt tamen priorissæ (exceptis ieiunijs ab ecclesia, & aduentu) de usu lacticiniorum, & abstinentia secundis varias locorum consuetudines ordinare: & præterquam in ieiunijs pro ecclesia in dictis tenues refectiunculas in communi refectorio ratione medicinæ concedere. Si quæ autem monialis contra nostræ regulæ, nostrarum, q; constitutionum tenorem carnes comederit absq; euidenti necessitate voce, & loco careat pro prima vice per sex menses: pro secunda per annum, protertia per sex annos: & Priorissa si permisserit suspendatur super quo nullus valeat dispensare, nisi generalis. Si vero ieiunare contemperit, pro qualibet vice pænā grauioris culpæ per duos dies sustineat.

*Indulgencie
conceditur
monialibus
pro obseruā
Regula.*

14 Aduertant autem moniales nostræ in regula nostra mitigata ab Eugenio quarto fælicis recordationis, quam profitemur concessam esse plenissimam absolutionem omnium peccatorum in articulo mortis fratribus & monialibus nostris, si regulam mitigam

etiam obseruauerint & in obseruantia ipsius vixerint,
& dummodo per annum integrum ieunent: cōpu-
tando in singula hebdomada vnicum diem, quo ad
ieiunium alias vel ex præcepto ecclesiar, velex regu-
lari obseruantia, vel ex iniuncta pænitentia aut voto,
aut alia causa non teneantur. Quod ideo vnicuiq;
ad memoriam reducere voluimus, ne in retanti mon-
menti aliqua monialis nostra ignorantium praetende-
re valeat, sed una quæq; animæ suæ saluti, & cons-
ciëtiæ tranquillitati cōsulat & si in dicto anno vel aliqua
eius parte sint legitime impeditæ, anno sequenti, vel
alias quam primum potuerint modo simili supplere
ieiunium teneantur.

15 Cum Pius .2. fœ.re Generali ordinis pro tem-
pore existenti facultatem concesserit qua conscientiæ
suæ arbitrium cum vniuersis utriusq; sexus eiusdem
ordinis nostri professoribus circa ieiunium eorum
dierum, quibus, extra diem dominicam ab Eugenio
quarto prædecessore suo eus carnium fuerat permis-
sus pensata qualitate locorum personarum, & tem-
porū dispensare valeat atq; insuper. Sextus quartus.
ne dum id confirmauerit, sed ulterius eidem Ordinis
Generali, ut tres dies plures vel pauciores ad ieiuniū
faciendum nominare, aut remittere posset, libere in-
dulserit: Nos filiarum nostrarum conscientiæ tran-
quillitati in hoc pro munere nostro satisfactere cupien-
tes, attenta temporis calamitate, Ordinis paupertate,
religiosarum assiduis diu noctuq; laboribus, ac loco
rum vniuersali penuria, declaramus ex authoritate
nobis ut supra cōcessa moniales nostras ab exaltatio-
ne sanctæ crucis usq; ad pascha ad ieiuniū ferias quar-
te sextæ ac sabbati p̄ regulę obseruātia qualibet hebdo-

Quibus die-
bus teneantur
moniales
ieiunare.

mada teneri, iejunum vero secundæ tertię, & quinta ferit ob supra dictas causas (nisi hisce diebus ex præcepto ecclesiæ aliquod iejuniū interuenerit) in Domino remittimus, & relaxamus.

Moniales 16. Vniuersæ moniales, fieri potesti vno loco dor-
co concluso miant, à priorissa, vel eius vicaria optime concluso:
dormiant. cuius claves ab ipsa Priorissa asseruentur.

Delecto &
cellis moni-
alium. 17. Singulæ tamen in singulis lectis omnino dor-
miant: & in singulis etiam cellis, si tanta sibi sit copia
cellarum ut omnes capere possint. Cellæ vero diec
nocteq; apertæ sint, ut Priorissa in singulas horas,
si libuerit, inspicere eas possit.

Priorissa vi-
ficer cellas
monialium. 18. Dato autem signo cundi cubitum, loco q; vbi si
dormitur clauso, Priorissa aut eius vicaria, vel aliqua
ex discretis omnes cellas visitet, ut an omnes suis dor-
miant locis animaduertat,

scapulario
dormiant. 19. Moniales itidem nostræ cū scapulari dormiant
sub penæ grauis culpæ, exceptis infirmis, quarum
arbitrio relinquimus, ut scapulare induant, vel depos-
tant.

Moniales 20. Linteamina quoq;, quibus nostræ moniales
nō vtentur vtentur non ex lino, sed lana confecta sint de pictæ
linteamini - vel coloratæ, sed simplices, honestæ, & religiosæ, ut
bus lincis. in cellis nihil sit, quod preferat vanitatem: quod q;
voto paupertatis repugnet.

Quibus locis
silentium a
monialibus
seruandum 21. Cum q; secundum regulam omnes Carmeli-
tæ ad obseruantiam silentij in choro, refectorio, dor-
mitorio, clauistro & in cellis teneantur: statuimus ut
priorissa, vel eius vicaria horis statutis silentium pul-
set, post quam pulsationem omnes se se recipiant in
cellas

cellas suas: & quæ contra regulæ formam silentium fregerit, panē, & aquā in terra per tres dies comedat.

22. Vestimenta monialium nostrarum lanea sint *De forma* & grisei coloris: tunice sint rotundæ, & sine caudis, vestimento non sint consutæ more secularium fæminarum, sed rum monia- sint sine filis de serico tam in manicis quā in collo, & lium. alibi: scapularia sint breuiora tunica, eiusdem colo- ris, & etiam sine serico: vtantur zonis super tunicam ex corio nigro, ad latitudinem vnius digiti cū di- midio per transuersum, non ornatis auro, vel argen- to, aut alio fulgenti metallo, sed satis erit, si in extremitatibus, ferro muniantur.

Cappæ sint albæ, & breuiores superiore tunica, sint q; aparte anteriore super pectus consutæ. Indumen ta interiora sint grisea, vel alba, non alterius coloris. Quod omnino volumus inuiolabiliter obseruari, & contra venientes acriter puniantur. Hortamur etiam omnes moniales nostras, ut camiseis lancis vtā- tur, in quantum eis per valetudinem licebit,

Prohibemus tamen ipsis camiseas byssi.

nas, crispatas, aut, more secula- rium consutas: & non vtantur velis sericis, sed omnia hone- stā sint, ut sponsas decer- Iesu Christi, qui est honestatis amator.

Cap.



CAP. TERTIVM.

De clausura,& quæ ad
eam tuendam aliqua
ratione perti-
nent.



Due tantū
ianuæ in mo-
nasterijs mo-
nialium erūt

ONIALIBVS NVILLA quidem nimia diligentia videri debet ad eius thesauri custodiam, cuius causa propinquis re familiari ac terrenis omnibus rebus, curis q; renunciantes in septa monasterij se incluserunt. Vnde ut sanctum earū propositum, ea ex parte , qua Diaboli insidijs maxi- mē patet, communiatur, statuimus, ut monasterium, ianuas, per quas ad illius septa aditus pateat, duas tan- tum habeat, & alias præterea nullas. Quarum duarū ianuarum vna iumentis, curribus, vehiculis q; agen- dis, altera alijs vſibus, & commodis necessarijs inser- uiat. In quo autem monasterio vna tantum ad omnem tū actū, tū vſum satis esse videbitur, curabūt Prouin- cialcs in suis visitationibus, ut in eo dumtaxat vna sit.

Quemodo cu-
dantur ianu-
ae

2. Ianua vtraq; duplīcī affere, eo q; firmo constet,
ac sine vlla item sit, ne minima quidem rimula, limen
ē mar-

et marmore, solido vel lapide habeat, quod stricte ipsi portæ cohærescat.

3. Ianuæ curuum, in mentorum ve, altera ex afferibus firmis, ad cancelli speciem confecta, in monasterio ipso adiungatur, quæ à prima ianua paululum distet.

4. Ad ianuam alteram alijs usibus accommodatam, cui rota, quam turneum vocant, adiungatur, duæ moniales, quæ ianitrices dicuntur, semper assistant.

5. Singulæ hæ tres ianuæ, duabus clavis fabrili opere, inter se diuersis, claudantur, quarum unâ, etiam die, Priorissa, alteram, altera monialis ex antiquioribus apud se perpetuò habeat.

6. Rotæ omnes amoueantur, atq; obstruantur, vetitæ q; in posterum sint, præter illam communem, & alteram in locutorio extractam, & aliam in ecclesiâ ad sacras vestes, & orna menta Missæ necessariò è monasterio exponenda acomodatâ, quibus adiungitur ostiolum, seu fenestella in ecclesia pro communione, seu sanctissimo sacramento porrigendo destinata, & alia fenestrella pro confessionibus audiendis.

7. Singulis rotis à parte anteriori monasterij vincus firmiter impactus sit, ne pro libito verti extrinsecus queat.

8. Si vero loca, ut dicunt, locutoria, seu parlatoria plura erunt, in uno tantum, aut in altero ad summum, Provincialis iudicio, rota sit.

9. Rotæ, quæ in ecclesiâ spectat, valuæ binæ apponantur, alteræ interiores, quarum clavis à Priorissa teneatur, alteræ exteriores, quarum clavis apud capellam sit, alium ve, qui superiori videbitur.

10. Rotarum altitudo ne maior sit cubito, & vñctus octo, latitudo autem cubitalis, fenestrela confessionū minor ab omni parte sit, dimidia quantitate prescripta

I I. Ad omnes fenestras, vbi colloquendū sit, duo clatri ferrei, seu cancelli, construantur, qui saltem palmo distent alter ab altero, ac inter virgas ferreas, quibus singuli cancelli compacti sunt, non plus omnino quam vncia intersit, sint autem virgæ ita solidæ, ut nec facile frangi, nec flecti possint.

I 2. Intimo cācello, quo moniales ad colloquendū accedunt, sit lineus pannus nigri coloris, ligneis tabellis affixus, instar fenestræ, quæ aperiri possit, cum erit colloquendum.

I 3. In eo panno lineo concedimus, ut fieri possit quadrata fenestellula nouem tantum modo vnciarum cuius clavis a. Præfecta custodiatur: neq; eam, fenestellulam aperire liceat, nisi quo tempore colloquendū sit cum superiori, aut cum parentibus, & fratribus, monialium, & alijs a recta propinquitate coniunctis, aut cum instrumentum aliquod confici, vel sacrum sermonem audire oporteat.

I 4. Ostia locorum, quæ colloquutioni solū, & intus, & foris sunt attributa, semper clausa sint, quorū claves sint apud Priorissam, nec nisi cum opus fuerit, longiori colloquio aperiantur. Cæterum ianitrices, seu rotariæ ex rota respondebunt pulsantibus.

I 5. Prima porta monasterij, quæ est in primo ingressu ante clausuram claudatur, a parte exteriori, nulla vero ratione, a parte interiori, cum nulli moniali etiā conuersæ clausuræ portam egredi liceat. Clavis autem huiusmodi conseruetur apud confessarium, vel alium religiosum probum iudicio, Prouincialis si ibidem ullus commoratur, vel saltem apud procuratorem, vel personam aliam omni malí suspicione carētem
quæ

quæ quotidie mane, & vespere aperire, & claudere portam valeat, ex decreto Sanctissimæ cōgregationis Regularium.

I 6. Fenestra, per quam moniales nostræ corpus, & sanguinem domini nostri Iesu Christi à sacerdote celebrante eleuatum adorant, linea panno perpetuo cōtecta sit, qui tantummodo cum eleuatur sacro sancta Eucharistia amoueat, fenestræ autem ratio sit huius modi, ut sacerdos ex altari moniales intueri nequeat. Prohibemus insuper monialibus nostris, ne ad dictâ fenestram etiam cum parentibus, aut consanguineis colloquantur.

I 7. Current Reuerendi prouinciales, & commissarij ne è vicinorum ædibus, qui cunq; illi sint monasteria inspiciantur, inuocato etiam ad hoc principium auxilio, ut monialibus ab externorum hominum aspectu, & auditu liberius secure per monasterium ambulare liceat, sed etiam quæcunq; fenestræ, & loca monialium, vnde vele externas domos, vel vias publicas de prope inspicere possunt, ita obstruantur, ut moniales inde nec videre, nec videri queant.

I 8. Quem admodum à sacro concilio tridentino *firme non* sanctitè est, moniali professæ nulla ratione è monaste *excant ad* rj septis egredi liceat, nisi in casibus expressis in bullâ *balnea*. fæ. re. Pij. Quinti. sub pænis ibidem contentis. Id círcu caucant quicunq; nostri Ordinis superiores, ne infirmas moniales ad balnea, seu domos consanguineorum, habita etiam super hoc medicorum attestatione exire clausuram permittant, præterquam in casibus prædictis d mādato sanctissimi domini nostri Clemētis viij. nobis per literas illustrissimi DD. Cardinalis Alexandrini Romæ die 20. septēbris 1594 datas notificato

Monialesse I. 9. Cautant autem omnes moniales, cuiuscunq;
minorem intro dignitatis existant, ac quamvis personam marem, aut
dueant intra fæminam, cuuiscuaq; ætatis, ut cōditionis extiterit,
septa monas ecclesiasticam, aut sacerdotalē dic, vel noctu intra septa
monasterij introducant, vel ingredi permittant, qua-
cunq; de causa, nū obquam, certis ministris, & per-
sonis in monasteria ingredi licet.

terij. Quod ut certius
constet omnibus, eorum omnium, qui necessarij visi
sunt, nomina, & causas subiçere iudicabimus.

Confessarius quando po- test ingredi monasteriū monialium. 20. Primo igitur confessarius ingredi poterit, ut
ægrotantium monialium, quæ ad confessionale acce-
dere non possunt, confessiones audiat, ut Sanctissimā
Eucharistiam grauiter laborantibus pro viatico mi-
nistret, ut easdem, in articulo mortis constitutas extre-
mæunctionis sacramento muniat, ut moribundas cō-
solutionibus spiritualibus q; officijs adiuuet. Is autē
prouectæ ætatis sit sacerdos, & probatae vite, atq; in
caſibus conscientiæ non leuiter eruditus.

Socius confe- ssarij qualis e Je tebe at. 21. Socius confessarij, ut confessario semper illis
ministerijs comes adiungatur, quiq; dum confessa-
rius ægrotæ confessionem audiet, eo loco sit, ut aper-
to cellæ ostio, ipse & confessarium intueri, & ab illo
aspici itidem possit. Ipse quoq; senior & honestis mo-
ribus sit. Cum nulla vñquam, sine superiorum licen-
tia colloquatur, nū cum monasterij præfecta, & ro-
tex & foresteriæ præpositis. Hi nunquam intra monas-
terij septa cibum capiant sub graui suspensionis pæ-
na arbitrio Prouincialis subeunda. Sed cum nēcessē
erit in hospitalitatis loco, modico, & simplici cibo ad
reficiendas vires sint contenti. At ne vñquam ibi per-
noctent, nū cum in extremo vite periculo mo-
nialis aliqua fuerit. Illos porro ingredientes & egre-
dientes dux moniales seniores natu semper comitten-
tur

tur, & confessario confessiones audiente cū socio sit,
eo ipso loco, quo supra,

2 2. Medicus ordinarius, ut quæ ægrotauerint,
moniales inuiat. Alterq; item Medicus, qui extraor-
dinem in grauioribus morbis adhiberi possit, facultate
tamen impetrata, quoties ingredi necesse habet.

2 3. Chirurgus, aut tonsor, ut vlcera, aut plagas cureret
venam q; cum opus est, aperiat. His autem, officijs ne-
cessarij causa, ingredientibus, due, ut dictum est,
assistant moniales ex antiquioribus, reliquis, quo ad
eius fieri poterit, remotis.

2 4. Cribator, tricī purgandi causa, quod tamen fi-
at quam rarissimè, bisquippe, aut ad summum ter in
anno.

2 5. Molitor, ut illud, ad pistrinum conterendum
sumat, tum etiam ut farinam in monasteriū reporteret,
quod item rarius fiat.

2 6. Pistor intra monasterijs septanō recipiatur, sed
vbi furnus in monasterio nō est, præforibus panē cru-
dum excipiat, quem foras ad furnum exportet, rur-
sus q; coctum illud reportet. Id círco Provincialis
cū ret. ut in omnibus monasterijs, in quibus commo-
dē id fieri poterit, furnus ad coquendum panē cons-
truatur, ut pistores, corum q; ministri nedum ab in-
gressu, qui verē non est necessarius, sed etiam accessu,
arceantur, ac pro coquendo pane, vel inflammādo
furno nullus nec mulier introducatur, cum per se mo-
niales, siue alterius adiutorio id præstare valeat. quod
intelligi volumus de quauis actione, quam per se mo-
niales obire possunt.

2 7. Olitor, ut hortos, ac viridaria serat, ac colat, qui
tamen cū vites putandæ sunt, vnum aut alterum so-
cium pro loci magnitudine habere poterit, qui a supe-
riore sint probati,

Medicus
etiam potest
ingredi mo-
nasterium .

Casus inqui-
bus licet in
gredi septa
monasterij
& quibus
personis li-
cet.

2. 8. Coloni, ut frumentum, vinum, ligna, &c reliqua id genus vehiculis, & iumentis inuehant ac recondant.

2. 9. Muliones, agasones, & equi ductores, ut allatas res, quæ tamen a monialibus gestari non possunt ipsi introferant, equi vero aut muli, boues, asini, alia q; ve iumenta in monasterijs non alantur. Ideo nec stacula ulla, aut præsepio permitti volumus, & si quæ alicubi sunt ad aliud usum transferri, & præsepio dirui, præcipimus, & mandamus.

3. 0. Baiuli vinarij, ut vinum vel recondendum importent, vel conditum exportent, vel cum opus est, in alia dolia transfundant.

3. 1. Lignarij, ferrarij, & cæmentarij fabri, cum scilicet aliquid illorum operum adhiberi necesse est.

3. 2. Architecti, & monasterij protectores, cum de officio faciendo deliberabitur: sintq; ij & graui confirmata q; ætate, & probatæ, nec non integræ vixæ mortibus.

3. 3. Sepulturæ curator, ut monialis mortuæ corpus sepeliat, si in interiori ecclesia erit tumulandum, quo tempore præter eum, & confessarium nemini alijs omnino ingredi liceat. Preces tamen funerales in exteriori ecclesia monialibus non respondentibus recitentur a fratribus. Vbi autem monialium sepultura in exteriori fit ecclesia, tunc nemo prorsus ingrediatur, cum facile sit conuersis corpus usq; ad monasterij ostium deferre. Cæterum maxime probamus huiusmodi sepulturam, in interiori haberè ecclesia, ne quæ dum vixerunt monasterij septis nunquam exierūt, mortuæ exire compellantur.

Nulli liceat celebrare in interiori ecclesia nec superioribus in gredi nisi vi fiatonis causa.

3. 4. Capellanus, vel confessarius, aut qui uis alius superior nullo pacto missam in interiori ecclesia celebrare audeat, nec in die cænæ domini Sanctissimum sacra-

Sacramentum in sepulchro, eadem in ecclesia interiore reponant; ac nunquam in monasterij septa ingredi debent, nisi visitationis gratia, aut alia necessaria causa penas alioquin ex sacrorum canonum iure, summorum quod pontificum constitutionibus ipsi quoque subbitur. Quinimo etiam tempore visitationis, functiones illas, quas aetate commode extra clausuram obire possunt, intra clausuram minime execrantur, qualia sunt scrutiniū, examen introitus, & exitus librorum, acceptio suffragiorum in electionibus, & similia, que ad fenestellam extra clausuram perfici commode poterunt.

35 Supradicti autem omnes seculares etiam necessaria de causa, monasterij septa ingressuri, non taliter pta monasterii habent ingressum, nisi prius in scriptis obtenta licentia a superiore ad id per nos, vel commissarios nostros deputato, nec non per Reuerendissimum loci ordinarii visa, & approbata. Sufficiet tamen illas personas, quas de die in diem introire contingit, semel huiusmodi facultatem habere, quam quolibet anno Provincialis, vel alias, ad id deputatus renouare poterit.

36 Moniales cum nemine externo omnino loquuntur, nisi is licentiam in scriptis a superiore monasterij loquantur attulerit. Huiusmodi vero licentia accipiatur ab ipsius, qui rotæ sunt prefectæ & ad Priorissam prius deferantur, quam monialis, que in scripto est nominata, & cum habuerint licentia colloquendum est, vocetur. Priorissa autem visa licentia concedat veniam, & benedictionem moniali, ut cum descriptis in licentia tantum modo colloquatur. Que autem contrauenerit per tres menses pruetur necum quocunque etiam consanguineo colloquatur.

C

tempore pro 37. Cæterum ne sacris diebus, quibus orationi, cæbibit
cū sa teris q; pīs exercitationibus moniales vacare debet:
cularibus nō tempus, sermonibus minime necessarijs consumant,
loquantur.

36. quoties dies festi, ex præcepto ecclesiæ celebrantur,
tempore etiam aduentus, & quadragesimæ, & quo
die summitur Eucharistia, & quando diuina celebран
Patres & tur officia, cum externo nemine colloqui permittan-
fratres po- tur, nisi ita necessitas postularit sub pena supradicta
rerunt cum contrauenienti, & rotę prefectis sub pena priuationis officij per annum, nisi impedierint, & priorisam
filiabus & monuerint.

37. Patres tamen, & fratres non impetrata illa co-
nialibus sine lloquendi facultate, sed seruatis ceteris regulis, hac de
licentia in re latiss, cum filiabus, & sororibus, tatum colloqui po-
scriptis allo terūt, sed monasterij septa, nūquā ingredi illis licebit.
qui.

38. Nemini omnino nec ecclesiastico, nec seculari,
Nemini li- nec mari, nec fēminę licet adire monasteria nostrarū
ceis accede monialium docendi causa cantum, quem figuratum
re monaste- vocat, in quo dispēsandi facultatē adīmimus Prouin-
rialibus. Aliqua tamen monialis, que canendi artem
rium causa optimē calleat, quotidie hora magis opportuna, reli-
docendica- quas monialis cantum edoceat.
tum.

39. Inhibemus, ne moniales depositi, aut custodię
Pecuniae ref causa in monasterio habeant pecuniam, gemmas, ves-
tes & gem- tes, aut alia eius generis cuiusvis personę sub pena
me alienae is Prioris, si permiserit, priuationis officij, ceteris, ve-
monasterio li expoliatione.

40. Moniales, ne animi quidem relaxandi causa, se
Moniales nō cularium virili, aut muliebri vestitu vtantur, cum de-
induantur ceat Dei famulas vestes ab earum professione alienas
vestibus mo induere, verum decoro semper seruato: omnium, &
re seculari. temporum, & actionū, permittente Priorissa, honeste,

te, & quemadmodum sacras Dco virgines decet ani-
mum remittere licet.

4 2. Nulli moniali fas sit ad quemquam secreto li- Qua penapo
nienda qua
literas secre
to scripsit
teras scribere, preter ad superiorem, & Patrem, ac ma-
trem, nec ad missas literas aperire, & legere, nisi prio-
rissa prius legerit, vel repente legi iussa. Quæ con-
trauenaeat in cella sua, per duos menses singulis ferijs
sextis in pane & aqua iejunans manere cogatur. Qui
nimo si eadem literæ ullam criminis suspicionem ha-
berent, grauiori pena arbitrio Provincialis iuxta de-
licti quantitatem plectatur.

4 3. Neminem cuiusvis gradus, status, aut conditio-
nis nec laicum, nec ecclesiasticum in nullo monaste-
riorum nostrorum monialium hospicio, quod fore-
steriam vocant excipi, aut ad ea diuersari volumus nec
etiam visitatorem etiam si fratrum monasteria non
habeantur excipitur confessarius, cui aliquando ob-
vrgentem causam id conceditur.

4 4. Ceterum in huius modi hospitijs vbi interdū, In forestaria
monialiū nu
llas excipa
tur hospes.
aut cibus capit, aut dormitur, ut dictū est ex vrgēti
necessitate fenestrae nullæ ne exiguae quidē insint imo
neq; rimule, aut foramina, quæ in monasteriū spectet.

4 5. Monasteria tandem illarum monialium nostri
ordinis, quas beatas in Hispanijs vocant, quæ ideo ve-
lum negligunt, ut ad clausuram minime astringan-
tur, adq; ideo ad libitū ē clausura egredi, & intra clau-
suram extraneas personas introducere posse præten-
dunt, nulla ratione permitti volumus. Id circa in vir-
tute sanctæ obedientię, & sub pena excommunicatio-
nis latę sententię, nec non priuationis officij præcipi-

mus Reuerendis Prouincialibus ut dictas moniales
ad velū accipiendum (pro ut in ordine nostro de-
more esse solet) & ad clausurā seruandam, &
cetera omnia præstāda quæ tā in hiis nos-
tris decretis, quā in antiquis constitutio-
nibus, & regula præcipiuntur omnino
cogant, & sub quibuscunq; pēnis
ecclesiasticis, & cēsuris cōpellat,
vel si pertinaces extiterint, illis
adimant facultatē recipiēdi
nouitias, ut tandem inte-
reāt, & ad nihilum
redigantur.

CAP. QUARTVM

Denouitij s recipiēndis,
vel ad professio-
nem admi-
tendis.

Inuitæ pue-
llæ ad mo-
nasteria nō
recipiuntur.



VM: PRIMVM P V E L-
læ adsusciendū habitum offe-
runtur, Priorissā parentes, vele os,
quorum curæ commissæ sunt, admo-
neat excommunicationis, quæ pro-
posita est à sacro concilio Tridenti-
no, fīs qui suas puerillas, vel alienas inuitas habitū susci-
pere, aut profiteri religionem cogunt. Idem Reueren-
dū

di Prouinciales, cum eorum consensus requiritur, fa *Quic soro-*
cere non omittant.

2. In his monasterijs, in quibus moniales pauciores sūt *simul*
quinquaginta, duæ tantum germanæ sorores, aut tres *esse possint*, *in uno mo-*
ad summum, quæ sūt vnius generis, ac familiæ recipi possunt. Vbi vero plures sūt quinquaginta monia-
libus, ibi tres tantum modo sorores, aut quatuor eius
dē familiæ recipi liceat, si ita monialium capit, videatur.

3. Puella religionem ingressura sit maior duodecim *Recipiēda*
annis, ut præcipit sacrum concilium Tridentinum, sit *ad religionē*
qz sacro crismate peruncta, habeat qz licentiam in *quas condit*
scriptis à Reuerendo Prouinciali, sit ex laudabili pro- *tiones debe*
genic ortanō sit illegitima. Poterit tamē Generalis or-
dinis dispensare in receptione illegitimarum ex ali- *Puelle ad*
qua iusta causa, ut sancitum est in capitulo generali *religionem,*
Cremonæ, *& nouitiae*

4. Depuella ad religionem nostram admittenda, se- *ad professio*
creta suffragia monialibus ferātur, ut singulæ mo- *nem per vo*
niales nullo affectu impeditæ liberè sue conscientiæ *ta secreta*
satisfacere possint. Idem fiet de nouitia ad professio- *admittatur.*

5. Nec vero vlla puella ad religionem, vel nouitia *Quæ suffra*
ad professionem recipiatur, nisi duas ex tribus parti- *gia ad profes*
bus suffragiorum tulerit. *sionem no*

6. Nō multiplicentur nouitiae vltra numerum ea- *Nouitie vli-*
rū, quæ vel ex redditibus propijs monasterijs, ve ex *cessaria.*
consuetis eleemosinis commodè possunt sustentari.

Ideo ex concilij Tridentini iussu, vnicuiqz monaste- *Nouitie vli-*
rio monialistū nostri Ordinis Prouincialis eū numerū *tra numerū*
monialium cōstituat, qui pro modo & facultate loci, *constitutum*
solitisqz piorum fidelium subsidijs commodè sustenta *non multipli*
ri queant, idqz prima viiitatione suarū prouinciarum *centur.*
vnuquisqz præstare studeat, quem numerum nisi fac-
ta monasterio annua (quæ satis sit) fructuum accessio-
ne, augeri nullo modo liceat.

Quibus ves 7. Cum primum suffragij capituli aliqua puella re-
tibus vti de cepta est, statim omnes vestium delicias, & inanē or-
beat puella natum deponat, & nigro, vel fusco vestitu, aut albo,
ad religiore sed non serico induatur, ea modestia, & summissione,
iam admissa ut omnes intelligant eam mundo renunciasse, ut Deo
religiose inseruiat, quo vestitu semper vtatur, donec
in monasterium introeat, & interea a choreis, & spec-
taculis inanibus abstineat.

*Pompa in re-
ceptione no-
viciarū pro-
hibetur.* 8. Tumultus autem cuitandi causa deducatur ma-
ne ad monasterium ab intimis & propinquis mulieri-
bus, nulla pompa, nullo qz comitatu aliorum, & sola
introducatur in ecclesiam interiorem monasterij, mi-
ssa qz audita, & sumpta communione, ceteris qz solē
nibus ceremonijs exhibitis coram reliquis moniali-
bus, a superiori vel deputato vestiatur, qui illam adeo
grauem sacram qz actionem aliquo sermone profe-
quatur, quod etiam in professione seruetur.

*Nonitia non
posse exire e
monasterij
septis.* 9. Postquam puella monialium vestes suscepit am-
plius e monasterij septis exire non possit, nisi fortasse,
nondum professam peniteret in monasterium introi-
sse. Si vero semelexicrit, nulla illi in posterum facultas
redeundi concedatur.

*Ante profes-
sionem quid
recipi possit.
Vestes ad
forman ordi-* 10. In receptione nouiciarum ante professionem
ni iuri repetendi vestimenta sua ad modū ordinis fac-
ta, si vels ponte ab ordine resilierit vel fuerit electa,
ctiam si vestimenta propria pécunia emerit.

*nisi facta non
cedantur
dimittentibus
habitum.* 11. Admoneatur puella recipienda resignare om-
ni iuri repetendi vestimenta sua ad modū ordinis fac-
ta, si vels ponte ab ordine resilierit vel fuerit electa,
ctiam si vestimenta propria pécunia emerit.

12. Nouitarum curam sola magistra electa loco à Magistra sō
cæteris monialibus separato habeat alia præterea lacuram ha
nulla.

13. Hæc nouitias in timore, & cultu Dei, & in ob
seruatione religionis erudiat, conetur qz & vitæ exē
plo, & assiduis admonitionibus ita eas instruere, in
spiritualis & sanctæ vitæ ratione ut proficientes Deo
adiutore perfectæ eius ancillæ possint euadere.

14. Quoniam ex sacri concilij Tridentini decretō Nouitia non
professio ante sextum decimum annum completum, admittenda
& ante annum probationis facta nulla est, nullam qz ad professio
parit obligationem, caueant priorissæ & prouinciales nem ante an
ne quavis ex causa vlla nouitia ante eam ætatem, &
tempus ad professionem admittatur.

15. Priorissa autem triginta ante dies episcopo significet quo tempore nouitia professura sit, ut vel ipse, vel aliis ab eodem deputatis nouitiæ voluntatem cognoscat. Quod si priorissa id facere contempserit, eo ipso in pñnas a sancto concilio statutas nouitie incurrisse.

16. Nouitiæ autem postquam earum voluntas significarede
perspecta, & explorata erit ab episcopo, si id fiat extra beat profe
clausuram in ecclesia, statim teneantur redire ad conffisionem epis
uentum, & nullo modo permittantur se conferre ad copo.

domos parentum, aut consanguineorum non abstan Voluntas no
te quacunqz consuetudine in contrarium, & admo uitarum ad
neantur nouitiæ, cum recipiuntur de huiusmodi sta professione
tuto, super quo nec prouincialis poterit dispensare. ab episcopo

17. Et quoniam quæ moniales velum suscepere exploreur.
professione facta, quotidie horas canonicas dicere te
nentur, nullo modo nigro velo donetur, quæ cōgruè Velū nigrū
legere, & officium dicere, nesciat. Id autem experiri non conced a
debit prouincialis, vel is cui in hoc vices suas com tur moniali
miserit, qui se præsente eam legere iubebit. bus quæ con
bus que con
legere nescierit.

A quibus 18. **Velum nigrum, seu consecrationis, nulli monia-**
cedēdū v- li detur, nisi steterit per quinq; annos in Religione
lum nigrum professa, & nisi, ut supradictum est, distincte legere, ac
diuinum officium recitare, sciuerit. & detur per ma-
nus Prioris Generalis, vel eius commissarij. In Hispani-
a tamen attenta longa, & in memoriali consuetudi-
ne indulgemus, ut velum nigrum statim post profe-
ssionem monialibus detur, si tamen legere sciuerit, &
ut detur per manum Prouincialis, vel eius commissa-
rij, nisi aliter ordinauerit Reuerendissimus Pater Or-
dinis.

bonorū quo- 19. Nulla autem renuntiatio bonorum à nouitia fi-
modo facien at, nisi quem admodum à concilio Tridentino iussum
da. est, facultate ab episcopo, vel eius vicario obtenta ad
duos proximos menses ante professionem.

Non profi- 20. Quod vero professione facta eleemosinæ, seu
teatur nisi
soluta dote. dotis gratia inxta consuetudinem, & decretum Pro-
uinciarum ad professam sustentandam monasterio datur,
id, quo tempore, puella religionis habitum suscipiet
(si parentes ita voluerint) apud virum monialibus,
& prouinciali probatum deponatur, ut nullo impe-
dimento tum monialibus praesto esse possit, vel saltem
professionem emittere non permittant, nisi prius solu-
ta dote.

Priorissa nō 21: Caveat autem priorissa, & moniales ne illud
cōsumat do- quod sic pro sustentandis professis, dotis nomine con-
tes monialū ceditur, consumant, sed omnino extribus, duas saltem
nisi in emen partes in emendis redditibus implicant: tertiam
dis redditib- partem, ut ad subleuandas necessitates Monasterij
bus. concedimus, & hoc etiam prius habita facultate
à Prouinciali, qui in casu huius necessitatis assensum
præstabit, ita tamen, ut ultra tertiam partem nequeat dispe-
sare, nisi prius cōsulto Priore Generali, qui sibi expo-
sita vrgēte necessitate, quid sit faciēdū determinabit.

Cap.

CAP. QVINTVM.

Deministris monialium ac earum electione, & officio,



VILLA MONIALIS

ambiat, aut quoquis modo per se, vel per aliā, honores officia ve, *Qua pena*
cuiusuis generis sui monasterij punienda
quærat: hac constituta pena, ut & *que officia*
ipsa, & que hac in re fauerint in capitulo, ad pedes singularum monialium terram deosculates, suā accusent ambitionem, sint q̄d voce actiuæ
& passiuæ ad annum priuatæ, *ordinis procurauerit.*

2. Singulæ, propria voluntate deposita, & ad obtēperandum paratæ, sibi q̄d Dei gloriam, & communē monasterij utilitatem tantummodo proponentes, ad honores, & officia eas eligant, quas omni remoto humanitatis affectu, spiritus sancti impulsu, ad id munus magis idoneas esse iudicauerint.

Que sunt eligendæ ad officia dignitates monasterij.

3. Priorissa ex concilij Tridentini decreto ne minor quadraginta annis eligatur, quæq; in vita honestate laudabiliter vixerit octo annis, postquam professa est. Quod si in eodem monasterio non eiusmodi regrediatur, ex alio nostri ordinis deligi possit. Si autem superiori, qui præest electioni hoc etiam incom-

De qualitate etate Priorissæ.

modum esse videatur ex ijs, que in eodem monasterio annum trigesimum excederint, & quinq^z saltem annis post professionem recte vixerint, eligatur.

Officiales quæ sunt eligendæ per vota secreta. 4. Priorissa, subpriorissa, discretæ etiam, seu clauariæ, ac omnes officiales & ministræ conuentus, que à capitulo eligi consueuerunt, tacitis suffragijs coram superiore ad id deputato elegantur qui extra monasterium ad cancellos, siue fenestellam existat ex decreto Sancti concilij Tridentini: & in electionibus nulla monialis habebit vocem actiuam, siue passiuam, nisi per duos annos extiterit professa in monasterio, & qui electionibus præest non poterit ferre suffragium.

De formæ electionis. 5. Nequaquam autem ad hæc officia deligi possint, nisi pluribus dimidia parte suffragijs creentur, ita videlicet, ut pars suā omnes alias simul excedat, alias reiteretur electio pro ut in nostris constitutionibus habetur parte. 4. Cap. 6. §. 3.

Sorores pri- 6. In quibus monasterijs autem plures germanæ sorores quæ rores sunt, si earum vna monasterio præficitur, reliquæ officia habeant nec subpriorissæ, nec clauariæ, nec procurare nō possint curatricis, seu scribæ officio fungi possint.

& quæ officia habere possint. 7. Cætera vero officia veluti ianitricis, rotariæ, sermonibus præpositæ, nouitarum magistriæ, sacristiæ præfectæ, & huiusmodi alia habere poterunt, si elegantur.

Quo tempore duret officium priorissa 8. Priorissæ sint triennales. Absoluto triennio vacet per sexennium ab officijs, nec in eisdem officijs religi possint, ante expletum sexennium nisi grauissima extiterit causa generalis iudicio probata.

Moniales electæ ad officia ordinis nō se excusent. 9. Quæ delectæ fuerint, quem admodum earū obedientia postulat, officia suscipiant, & eorum munera sine recusatione humiliter exequātur. Que aliter fecerit sine iusta causa à superiore probata, voce actiua & se excusat. passiua arbitrio eiusdem superioris sit priuata.

Pri-

10. Priorissa tanquam communis omnium mater ipsarum monialium, & corporis & animæ salutis diligentissime consulat, eas q̄; studiose admoneat, ut puro corde sint, vitæ q̄; integratam seruent, & ad perfectionem virtutum omnium contendant: siquidem quæ religionem suscepereunt, nisi ad summum illum gradum pro viribus peruenire contentur minus sane efficiunt, quam debent pro vitæ, & ordinis instituto, quod profitentur. Meminerint autem sibi reddendam esse rationem iustissimo iudici erratorum, quæ moniales, negligentia, aut culpa ipsius, admisserit.

11. In præmisivero curet, ut pax, & concordia sororum conseruetur, sublati quo ad eius fieri poterit omnibus dissiđijs, & discordiæ causis, ut quemadmodū debent unum corpus, & unus spiritus id earum sponsfo Iesu Christo perfecto charitatis vinculo colligetur.

12. Studieat etiam, ut singulæ suo munere recte fungatur, necnulla alterius officium occupet, nisi auxiliij causa, idq; ipsius iusiu, & ut omnia ordine perficiantur. In primisq; ut silentium horis, ac locis præscriptis seruetur. Si vero alicuius importunitas aut re, aut verbo sororum pace perturbata charitatem violaret, acerrime puniatur.

Sub Priorissæ, quæ illa absente eius vicem & locum obtinet, moniales omnes omnino obedientiam, & obseruantiam præstent, quemadmodum earum volunt postulat.

14. Maxime munus illius etiam presente Priorissa circa ea, quæ in choro, & ecclesia ab ipsis monialibus sunt concinenda, versatur, ipsaq; de assensu tamē Priorissæ singulis sabbatis distribuere debet officia conuentus secundum ordinem professionum, & qualitatem personarum, & tabulam confidere ministrarū pro obsequijs ecclesiæ, quam publice legere faciet in

De officio
priorissæ.

Absente prio-
rißa eius vi-
cemerit sub
priorissa.

De officio
sub priorissa

in communi refectorio, lectūq; in patenti loco affig-
curabit.

que priorisse 15 Quæ vero eius, vel Priorissæ iussa neglexerit,
uel subpriori nec pænitentiam sibi impositam perficere voluerit,
se iussa ne aut superbè, & iniuriosè responderit aut, contumaci-
glexeri. ter defendendo, ve excusando, eas in muneribus suis
impedierit, maxime autem ne reprehendant, aut ca-
stigent eas, quæ deliquerint, ut suæ contumaciar, & in
solentiar, graues pænas pendat apud Prouincialem a-
ccusetur per discretas, sub pæna priuationis earum
officij, si id facere renuerint.

Capitulū de 16 Singulis etiam hebdomadis Priorissæ capitulo
culpis sangu habeat, corrigendi causa moniales pro erratis, quæ
lis hebdoma ipsæ publicè, vel in suorum officiorum munere obeū.
dishabeatur do admiserint (quorum veniam ipsæ sponte: atq; hu-
militer coram omnibus petat) eisq; pænitentiam im-
ponat, aliaq; faciat, quæ nostris institutis traddita sūt,
ad pias in humilitate contiendas, atq; ad virtutes om-
nes studiosè sectadas.

Qua penapu 17 Caveant autem moniales, ne pænitentiam sibi
nienda que a Priorissæ impositam pertinaciter recusent, ne ve su-
pænitentiām perioris temporis delicta sibi inuicem iniquo animo
apriorissa im obijciant. Quæ vero hoc commisserit carceri manc-
positā recusa petur quo usq; Prouincialis de ea, quid sit agendum
uerit. statuerit.

De officio dis- 18 Claranar, probitate, & prudentia ceteris antece-
ereturū illant, sciant q; computare, & cōputa intelligere, ac se
quomodo se per, nisi legitimè impeditæ computis intersint. Sinc
habere de bē quarum consilio Priorissæ nihil graue ad communita-
at in negotijs temspectans perficere audeat. Imo si circa aliquod
negotiū fuerit orta discordia inter eas, res determine-
tur per suffragia secreta. Quod si in æqualia vota di-
viderentur, nihil agatur donec Prouincialem cōsu-
erint. Et si omnes discretæ erunt concordes, & ab ea
sum

tum opinione sola Priorissa discrepauerit, non audia-
tur Priorissa. Quod si quippiam in contrarium attē-
tare præsumpsierit, sit statim officio suo priuata, ac
per decennium in habilis ad omnia officia.

19 In quocūq; monasterio vbi sunt moniales qua-
draginta pauciores, clauarię sint vt minimum tres.
Quod si erunt octuaginta moniales, vel plures, creen-
tur sex clauarię.

20 Quæ moniales, reliquarum sermonibus audien-
dis præponentur, & ætate, & probitate sint spectatæ:
haecq; diligenter, ac fideliter officio suo fungantur, & que audien-
ita loquentibus vel ad fenestellam, vel ad rotam, vel dis sermoni
ad crates assistant, vt quicquid tum intus, tum foris di bus sūt pre-
ctū, factum ve fuerit, ipsæ audiant, ac studiose anima- positæ.
duerant. Nec enim quicquā aut ita secretò proferri,
vt eas latecat, aut quod indignū sit Dei ancillis dici, aut
fieri patientur: in quo si quicquā secus commissum
fuerit earum culpa, vel negligētia, que deliquerit pro
modo culpæ pēnas soluet. Ipse vero assistrices graui-
ssima pēna Prouincialis arbitrio puniētur.

21 Ianiticū munus in hoc cōsistit, vt omnibus ia-
nuiis septorū monasterij præsint, quæ cū duabus sal-
tē clauibus de beāt claudi, altera earū, vt dictum est, sē
per manere debet apud antiquorem ianiticē, vel ali-
am, ea in ipedita, nec vnquā ianuæ clausuræ aperiri po-
ssunt, nisi saltē præsentibus duabus ianiticibus.

22 Rotarię autem, quæ continuè rotis assistere de-
bent, v hicunq; aliqua monialis accita fuerit, prius ac-
cepta licentia superioris, & ad Priorissam delata, ac moniales.
ab ea habita venia, moniale statim vocent, nec in hoc
vlio moueantur affectu, aut passione, sed omnes, quæ
vocatæ fuerint, dummodo nullum obstet legitimum
impedimentum, sine exceptione admoneat.

Numerus
discretarii
quoniamplex

Quid agere
teneantur,
que audien-
ti bus sūt pre-
ctū, factum ve
positæ.

Quod sit ma-
nus ianitri-
ci m.

quomodo ro-
tariæ vocæ
re de beant
moniales.

*Præfecta
laborumeli
gantur.*

*Quia pœna
punieda quæ
labores com
munes recu
sauerit.*

*Cantus pro
fani amonias
libas prohi
hibentur.*

*De officio
scribe &
procuratri
eis.*

*Quod sit mu
nus sacristie
prefectae.*

2. 3. Quo tempore mutantur officia, vna aut duæ moniales maturæ, ac prudentes præficiātur monialium laboribus, quæ ad rotam recipiant, quæ elaboranda sunt ihs distribuant, quæ ad id opus faciendū sunt idoneæ. Que vero elaborata fuerint ab eadē laborū præfecta ad rotam restituantur ihs, quorum sunt accepta mercede, ea sēper præsente, quæ rote est præposita.

2. 4. Nulla monialis quicquam quod elaborandum sit, ne cognatorum quidem accipiat sub pœna vnius discipline. Nec villa morbo, vel iusta alia causa nō impedita ab huiusmodi laboribus communib[us] abstineat sub pœna priuationis pitantia: pentotulm id tempus, quo labori non incubuerit: imo si ultra mensem fuerit pertinax, & voce actiua & passiua careat arbitrio Provincialis.

2. 5. In loco ybi moniales in laboribus exercentur ne sermones, aut cantus profani a religiosarum conditione & instituto abhorrentes à laborum magistra permittantur, sed semper vel lectio vel sermo spirituali ibidem adhibetur.

2. 6. Scriba, seu procuratrix librum introitus, & exitus presentibus Priorissæ, & clauarijs scribet, & memoriam omnium decretorum, quæ in capitulo a monialibus in dies fiet in libro determinato annotabit cū omnibus circstantijs diei, mensis, & anni, nec non professionem singularum monialium in altero libro ad id deputato conscribet parata ad rationem reddendam de omnibus, quandocumq[ue] à superiorerequiritur. Pariter curā habebit omnium instrumentorum & scripturarū ad monasteria spectantium.

2. 7. Sacristiæ præfecta res ecclesiasticas mundæ, & honeste custodiat, & de consilio priorissæ, & clauaria rum ordinabit, & disponet de rebus ecclesiæ parādis, ac reparandis librīs, vestib[us], calicibus, & alijs rebus nece-

necessariis pro ecclesia & tempore debito quotidie omnia ad sacrum faciendum, & diuinā officia continenda necessaria diligenter, & acuratē præparabit.

28. Quę præpositę sunt curæ ægrotantium pias & misericordes se illis præbeant quanta maxima possūt, & patientia, & diligentia, ac tales se illis præstent, quales ceteras vellent, si ipse ægrotarent.

29. A Egrotis cibus & medicamenta opportuna a Priorissa, & ab elec̄tis ad id ministris ita adhibeantur ut monasterij facultates tulerint.

30. Priorissa autem charitatis causa eas quotidie vi sitet, ut & solatio sit, & melius ab eis cognoscatur, ac cu ret quæ ipsi s sint necessaria.

31. Quando aliqua est graui infirmitate oppressa faltem vna ex ministris semper, continuē q̄z infirmæ assistat, nec quacunq; de causa eam derelinquat solā, ne ob incuriā ministrarum in aliquid animæ, vel corporis periculum incurrat.

32. Sed ne dum corporis sanitatem quærimus ani mi salutem negligere videamur, cogat Priorissa quas cāq; infirmas statim in principio suę infirmitatis peccatorum subrum omnium confessionem facere ubi autem confessa fuerit, ei ad memoriam reducatur ut nullo subsistente impedimento sacratissimum viaticū suscipiat. & si periculum esset mortis ea admoneatur de sacramento extremę unctionis, atq; eidem sine mora conferatur.

*De officiis
firmariæ.*

*Necessaria
infirmis non
denegentur.*

*Priorissa
quotidie vi-
sit infir-
mas.*

*Moniales
grauier in
firmantes fo-
læ non relin
quantur.*

CAP. SEXTVM

Depuelliſis educandiſ.

Educaſio
puellarum
vbi non eſt
conſuetudo
prohibetur

Conditiones
requisitæ ad
educationē p
uellarū vbi
vigeſt conſue
tudo.



BI EA NON VIGVIT CONſuetudo recipiendi puellas pro educatione, omnino non inducatur. Nam quo magis ab his securis moniales fuerint liberæ, eo magis in Dei obſe quijs ſe ſe exercere valebunt.

2 AT vero vbi confueuerint noſtræ moniales huiusmodi puellas ad educādum intra clauſtrum admittere, ille ante omnia feruentur conditiones, quæ circa iſtud à iacra congregatiōne nobis preſcribūtur, quæ ſunt. Primò vt puella introducenda ſit maior ſeptē annis, minor viginti quinq; ſecundò quod ingredia- tur ſine alicuius famulæ comitatu, tertio quod id fiat de conſensu monialium, & Prouincialis, cui clauſuræ commiſſa eſt cura. Quaró quod de ſemestri in ſemeſtre per antici pationem ſoluatur quod pro alimentis eſt ſoluendum iuxta conuenctionem: curabit autem Prouincialis in vnaquaq; Prouincia, & in quoq; monialium conuentu quam primum hanc taxā edicere. Quintò induātur tales puellæ veſtib⁹ decētibus nigri fuſci, aut albi coloris abfq; monilibus, annulis in au- ribus, & cæteris huiusmodi, ita vt omnia pudori vir- nali apprimē conueniant, ſexto feruent clauſuram ſi- lētium, & alia omnia, quæ etiam à monilibus feruāda, ſunt preſcripta, neq; cum propinquis, alijs ve ex- ternis colloquātur, niſi feruatis ijs, que ſupra de moni alibus hoc ingenere decreta ſunt, septimò quæ ſemel monaſterio exeūt, amplius reuertēdi in illud, nō habeant facultatem, niſi moniales fieri voluerint. CAP-

CAP. SEPTIMVM Deconfessoribus, concio- natoribus, visitatori- bus, & cape- llanis.



PROVINCIALIS DOCTOS

pios, ac prudentes concionatores *Quo tempore adhibeat*, qui infra annum bis saltē *re concione* per singulos menses ad cancellos *ores praediti* collocutionum monialium, vel ad *cabinetum immo- fenestellas Ecclesiæ Verbum Dei masterij* prædicens, eas q̄; erudiant in omnibus, quæ ad cultum, & sempiternam salutem conseq- quemdam pertinent. In aduentu tamen singulis die bus festis, & in quadragesima etiam ferij sextis, præter festa sermones habeant.

Predicatio res non alio quantum cū monialibus

2 Concionatoribus non liceat cum aliqua monia- lium loqui, nisi de hoc speciali munere habeat à superiore facultatem.

3 Præficiantur etiam monialibus confessores & recta- te prouecti, & prudentes, & Deum timentes, qui die bus statutis audient peccata monialium, & quando eunq; ad hoc munus, à monialibus inxta earū deuotatate confe- tionem requisiti fuerint, eis q; sacro sanctam Eucha- thorum mo- testiam administrent, pro ut supra fuit expositum.

De qualibet tate confes- sionem requisiti fuerint, eis q; sacro sanctam Eucha- thorum mo- testiam administrent, pro ut supra fuit expositum.

4 Siquis autem ad huius modi munus à Provincia- ciali, vel alias à superiori alio legitimo non admissus puziendus sacra-

quis sit licet sacramentum penitentie alicui moniali ministrare aut in monialium suis fuerit, sit eo ipso ex prouincia exul per quinq; an confessiones nos voce actiua & passiua, priuatus. Monialis vero audierit. per sex menses velo expoliata maneat si scienter illi Confessores fuerit peccata confessa.

monialium 5. Confessores de triennio in triennium mutentur in capitulo prouinciali nisi vrgenti de causa prouinciali, & dissimilitoribus aliud expedire videbitur.

Confessores 6. Confessores in monasteriorum locis (quos foresterias vocant) ne morentur cibi capiendi causa, nisi confessionis tempore.

non capiant

cibum in fo-

resterijs. Nec etiam ibi nocte cubent, nisi cum alicui ex monialibus mors instaret, ut precesto esse possint pro Quo casu po administrandis sacramentis, & reliquis pietatis officijs, aut cum propinquum monasterio domicilium pernoctare.

Prouinciales & vi-

tatores.

7. Nec etiam ibi nocte cubent, nisi cum alicui ex monialibus mors instaret, ut precesto esse possint pro administrandis sacramentis, & reliquis pietatis officijs, aut cum propinquum monasterio domicilium pernoctare.

8. Prouincialis tamen, & visitatores quo tempore visitant monasteria, monialium ad expensas conuentuum fratrum visitando moniales viuerē debet si ibi fratrum nostri ordinis monasteria habeantur, apud eos diuersari debent, nec graues esse monialibus. Vnde ubi monasteria nostrorum fratrum sunt, etiam tempore visitationis volumus prouinciales, & visitatores viuere expensis fratrum, non monialium, a quibus etiam pecuniam, munera, aut premium, etiam sub nomine expensarum, victus, vel itineris recipere interdicimus. A monasterijs vero, quæ sunt in ciuitatibus, vel oppidis in quibus fratrū monasteria non habentur, sufficiet habere moderatum cibum tantum, reliquias expensas pro itinere suscipere poterunt a tota Prouincia, ut moniales aperte intelligent in huiusmodi visitatione tantummodo a nobis consuli Dei glorie, & ipsarum saluti.

Caput.

9. Capellanos studebunt Prouinciales deligere, qui capellani a
sint non minus moribus, quam ætate graues, qui sibi a prouincia
adeptam esse facultatem intelligent loquendi cū alijs li eligantur
monialibus, quam cum ihs quæ sacrificiæ præf
sunt, quibus cum ad rotam ecclesiæ quam
breuissimè loquentur de ihs, quæ ad
missæ sacrificia
sunt neces
saria.

doctrina &
virtute præ
dicti.

CAP. OCTAVVM

De rerum temporalium administratione.



RDINAMVS QVOD *De qualitatibus
bonorum temporaliū nos- te procurar-
trarum monialium administra- toris monia-
tionem in posterum vnu ex nos- lium & eius
tris Regularibus habeat, qui sit fi- officio.
delis, diligens, & in pertractan-
dis negotijs prouidus, & accuratus, ut omnes reddi-
tus admonasteria spectantes exigat, causas coram
quibuscunq; iudicibus pertractet, prouisiones re-
rum comestibilium suo tempore faciat, emenda emat,
ac deuum quæcunq; extra clausuram crunt pera-
genda fideliter, & studiose peragat, sœculares vero
æcōomos in prima visitatione sua prouinciales (red-
dita prius suæ administrationis ratione) ab huius
modi munere amouebunt.*

F

Habeat

De libro ha- 2 Habeatur liber, in quo distinctè sint conscripti om-
bendo ad red- nes redditus anni certi ex quacunq[ue] ratione ad con-
ditus an - uentum prouenientes, siue ex locatione, siue ex lega-
nuos certos tis, siue ex annuis censibus vel aliunde, et ubi aliquid
scribendos . erit exigendum Priorissa, et clauariæ, præsente scriba
seu procuratrice dent dicto Regulari procuratori pa-
pyrum seu schedulâ, in qua sint annotati omnes red-
ditus tunc temporis exigendi. Quia libet uero hebdo-
mada idem procurator teneatur reddere ratione exa-
ctorum, et totum fideliter consignare Priorissæ, claua-
rijs, et procuratrici, quæ in alio libro separato anno-
tet ea, quæ à procuratore fuerint exacta, et consigna-
ta, ne ulla fraus ullo pacto valeat interuenire.

**Quomodo ex-
pensæ scri-
bendæ in li-
bro:**

3. Quæ exacta, et consignata fuerint, reponantur in arca trium clavium, et quando opus fuerit expedi ab eisdem, eidem modo et forma expressa, ut supra con- signentur pecuniæ opportune pro expensis facien- dis, et singula hebdomada sigillatim, et distinctè conscribantur in libro ad id deputato, volumus autem quod ante quam huiusmodi expensæ subscribantur, et ap- probentur à priorissa, et clauarijs, in publico refecto- rio coram omnibus clara uoce saltem semel in hebdo- mada ad sumnum legantur, ut si aliqua monialis ali- quid habuerit contradictas expensas, liberè dicat, et admoneat, et ubi erit aliqua grauis difficultas ad Prouincialem deferatur, ac ab eo sententia expe- ctetur.

**Scripturæ
ad conuentus
pertinentes
quomodo ser-
vandæ.**

4. Omnes scripture ad conuentus nostrarum monia- lium spectantes claudantur in arca trium clavium, quarum una à priorissa, duæ reliquæ à duabus claua- rijs conferuentur. Et si contigerit aliquam ex illis ex- trahi debere pro defendendis iuribus in iudicio, ha- beatur liber, in quo omnes scripturæ que extrahun-

tur, annotentur cum expressione temporis, quo sunt extractæ, personæ, cui consignatæ, et effectus, propter quem sunt expositæ. Nota vero illa subscribatur ab illo, cui sunt consignatae, et quando reportantur, deleatur memoria de libro, et suo loco repontantur. Sed caueant moniales, ne alicui extraneo scripturas autenticas quacunq; de causa concedant sub pena priuationis officij, vocis q; activæ, et passiue arbitrio nostro, priorissæ, et clauarijs.

5. Ut autem tutius bona stabilia conseruentur, statuimus, ut infra spatiū sex mensium in quolibet monialium nostrarum monasterio conficiantur inveniaria autentica omnium rerum stabilium, prediorum fractionem sex mensum, legatorum, ceusuum, et aliorum huiusmodi cum omnibus coherentijs, et debitissimis personarum locorum, temporum, causarumque circunstantijs, quorum inveniariorum tria sint exemplaria: alterum (ut dictum est) maneat in arca trium clauium conuentus, alterum transmittatur ad archiuum Provinciæ, aliud Romam mittatur ad archiuum generale totius Ordinis.

6. In visitatione prima curabunt Reuerendi Provinciales, ut omnes expensæ superfluae, que quandoque per suæ profundiunt à monialium monasterijs, resecantur, nec ullæ adhibentur. mittantur, nisi uerè necessariæ, et que potissimum fiant pro monialium subleuandis necessitatibus.

7. Duabus clauibus, ijsque diuersis horrei, et eius loci, ubi afferuatur farina, Ostia claudantur, que singulæ, à singulis matribus ei officio præpositis custodiuntur. Ex autem semper adsint, cum triticum, vel farina importatur, vel exportatur.

*Bona conue-
tus non alie-
natur.* 8. Priorissa, & moniales bona monasterii, permute-
re, locare, aut contrahere nullo modo possint, nisi scie-
te Prouinciali, aut alio de eius mandato speciali nomi-
ne ipsius, seruatis etiam ijs, quæ iure seruari debent.
Aliter contractus sit eo ipso irritus, & nullus.

*Fabrica non
construatur
nisi de con-
sensu conue-
tus & pro-
vincialis.*

*Fabrica non
incipiatur
absq; exem-
plari.*

9. Nec item ædificare audeant, nisi cosentiente toto
gremio conuentus, vel saltem maiori, & saniori parte,
atq; item cum beneplacito, & assensu Prouincialis,
qui operam dabit, ut fabrica, quam minimo sūptu cō-
modè, & decenter fiat.

10. Cæterum statuimus, ne ullus monialium conuen-
tus fabricam ullam perpetuā incipiat, seruatis etiam
supradictis, nisi prius à famoso, & diligentí architec-
to totius operis exemplar fuerit compositum.

11. Procurator monialium tempore debito, circa me-
ssem nuper factā, prouideat de tritico necessario pro
victu monialium per totum annū. Quod si pecuniae
non suppeterent, consulatur Reuerendus Prouincia-
lis, ut ex aliqua parte cum minore damno, & interesse
conuentus colligantur. Vel quod nos iudicamus ma-
gis opportunum tertia pars dotis professarum, quā
ut supra concessimus posse expēdi pro necessitatibus
monialium, reseruetur in arca ad hunc solum effec-
tum.

*Moniales ad
regulam &
constitutio-
nes tenean-
tur.*

12. In reliquis vero sciant moniales nostræ se teneri
ad obseruantiam regulæ, & cōstitutionum nos-
trarū, quatenus earum sexui, & statui,
vel arctioribus legibus, & con-
suetudinibus non
repugnant.

Cap.

CAP. NONVM

Demodo faciendi capi- tulum culparum.



A P I T V L V M C V L P A- Quomodo
Arum in qualibet septimana per ☩ quando
Priorissam, aut subpriorissam cele- agendum ca-
bretur die, & hora magis accommo pitulum cul-
data, vbi excessus, & culpæ monia- parum.
rium media charitate corrigan-
tur, pullato anteligno, & audito omnes moniales conue-
niant ad capitulum sine mora, quibus congregatis
Priorissa, aut illa, quæ præ est capitulo, iniugant cui
voluerit legere lectionem ex constitutionibus, &
lectrix dicat. *Iube domne benedicere*, & præsidens
subiungat, *Regularibus disciplinis nos instruere digne-*
tur magister cœlestis. Respondeant omnes. *Amen*,
& legens dicat usq; ad signum præsidentis omnibus
stantibus quo facto dicat. *Tuauntem Domine miserere*
nobis, & omnes respondeant *Deo gratias*, deinde di-
cat præ sidens *Benedicit* & omnes respondeant *Dñs*.
Tunc si placuerit Priorissæ aliquem sermonem spiri-
tualem facere, faciet breuiter, quo finito omnes dicent
culpas suas hoc ordine, & modo. Primi dicent
culpas suas nouitiae genibus flexis prosternentes
se prius, & terram deosculantes binæ, & binæ ab an-
tiquioribus incipientes, & moneantur profice-
re in bonis moribus, & vitare otium, & earum,
negli-

negligentię eis ostendantur. Secundò dicent culpas suas conuersæ , sicut nouitiæ , et hortentur perseuera re in deuotione, et labore, et præcipue ut infirmis, et senioribus charitatue ministrent , et ut monialibus choristis reuerentiam exhibeant. De inde si quæ moniales sint uoce et loco carētes dicent culpas suas post conuersas, et nouitias, et sicut illæ. Ultimo egressis nouitijs, conuersis, et uoce , et loco carentibus : reliquæ moniales similiter se prosternant habitum deosculando, et statim surgant inclinantes se versus superiorē, et dicant suas culpas incipiendo à senioribus hoc modo. Reuerenda mater priorissà dico meam culpā Deo, et tibi de omnibus negligentijs, quas commissi in obseruantia regulæ, et constitutionum nostrarum . Sed præcipue dico meam culpam de fractione silentij in choro, clauistro, refectorio, et alijs locis, in quibus illud seruare teneor. Præterea dico meam culpam de officijs, quæ iniunxit obedientia: negligenter administratis, Item dico meam culpam quod senioribus debitum non exhibui honorem, et cum æqualibus non me humiliter gessi, cum inferioribus, non ea, qua decet famulas Christi, simplicitate conuersata sum: omnes de precor, ut me de omnibus meis erratis christiana charitate admoneant, ut a te misericorditer corripiar.

De modo accusandi moniales in capitulo.

2. Si aliqua manialis voluerit aliam accusare , aut monere, non exaggeret uerba, sed simpliciter propounding in hunc modum. Nostra soror fecit hoc, aut neglexit illud, aut assueta est sic delinquere, nominando culpam. Accusata uero si se culpabilem agnoscat , dicat humiliter, mea culpa, si uero se inculpabilem cognoscat, prius petita licentia loquendi à priorissà dicat, benedicte, non recordorme fecisse, aut omisisse, quod nostra soror dicit. Et tunc si sit aliqua monialis, quæ cognoverit

nouerit ueram esse culpam , quę negatur, perhibeat testimonium etiam non interrogata, simpliciter dicendo, soror nostra me uidente, aut audiente rea est culpe, de qua accusatur, et tunc nec accusans, nec accusata, nec testis ulterius replicent, nisi a Priorisa interrogentur, et Priorissa prosua prudentia imponat pęnam satisfactiūam pro modo culpæ, et qualitate personæ.

3. Nulla monialis cum accusatur, aut reprehendi- *Furibundē*
tur impatienter, et furibunde respōdeat, alioquin gra *non respōde-*
at accusata.

4. Nulla monialis presumat culpam alterius per- *Nulla culpā*
tinaciter defendere sub pæna grauioris culpæ per
diem. *alterius de-*
fendat.

5. Aduertant moniales nostrę quđd in capitulo nul-
li licet loqui, nisi habita prius licentia à presidente,
Et quę imposito sibi silentio non siluerit, è capitulo
expellatur, nec habeat vocem, et locum pro illo die.

Moniales in
cepitulo sine
licentia non
alloquantur.

6. Secreta capituli, quę priorissa celanda commis- *Quę pæna*
rit, nulla monialis audeat secularibus, aut ecclesiasti- *pennieda quę*
cis personis etiam religiosis reuelare sub pæna exco. *secretā capi*
municationis ipso facto incurrenda, et priuationis lo *tuli reuelati-*
ci, et vocis per tres annos. *uerit.*

7. Finito capitulo fiat commemoratio sororum, fa- *Commemora*
miliarium, et benefactorum viuorum, et defuncto-
rum pro ut habetur in Breuiario nostro, *Deus misere-*
atur nostri &c. et finito capitulo dicat præsidens *sit rum in capi*
nomen Domini Benedictum, et respondeant omnes, *tulo facienda.*
ex hoc nunc et usq; in seculum.

CAP. DECIMVM

Deculpa leui,& pæna leui.



Quæ sit le-
uis culpa &
de pena ci-
debita.

EVIS CULPA INCV-
Erritur cū aliqua monialis nos-
tra ad chorū vocata, aut ad alia obe-
dientiæ officia non venerit compe-
tentī festinatione, si in ceremoniis
chori non sequatur antiquiores, si
ante lectorile non sit ordinate, si garrulitates fecerit
in refectorio, si malè legendo, vel cantando non se hu-
miliauerit statim coram omnibus, manum suam po-
nendo ad terram, eam q; osculando in signum recog-
nitionis culpæ, & quod defecerit, si vestes sacras, velli-
bros ecclesiasticos malè tractauerit.

De his, in capitulo veniam petentibus iniungatur
a præsidente unus psalmus, vel oratio aliqua spiritua-
lis, non petentibus maior pena iniungatur.

Deculpa media & pæna.

Quæ sit cul-
pa media &
ejus pæna.

Media culpa incurritur, si aliqua monialis non de-
putata ad cantandum intonet in choro, si sit loquax
in choro, si intrans, vel exiens chorū non humiliter
se inclinet versus altare, si officio per tabullam assigna-
to defuerit, si silentium in refectorio fregerit, si man-
datum ad quod totus conuentus tenetur, scienter di-
miserit.

De supradictis & similibus culpis veniam petentes
vnā recipiat disciplinā cū psalmo de profundis, non
petentibus maior pena infligatur,

DE

De culpa, et pæna graui.

CRauis culpa incurritur, si que monialis negligat *Quæ sit cul-*
pa gr auiset de pena ei de
imitari superiores in ceremonijs Ordinis, si assue-
scat officio per tabulā assignato desse, si legitime occu-
pata aliam non sustituat, si assuescat vaniloquio, si dor-
mierit sine scapulari, si tempore silentij strepitum fa-
ciat, si minutionem sanguinis faciat sine licentia Prio-
rissæ, si pompa utatur in uestibus, si non vacauerit ora-
tioni mentali cum reliquis, si cū altera moniali in pre-
sentia Priorissæ, aut subpriorissæ in honeste contendere
rit, si ueniam negauerit petenti pro aliquo commisso
contra eam, si iurare etiam leuiter conlueuerit, si ieju-
nia Ordinis sine licentia fregerit, si cellam suam, aut ve-
stimenta, aut aliquid aliud sine licentia superioris per-
mutauerit. Pro his culpis et similibus veniam peten-
tibus, et non accusatis duo discipline dentur in capi-
tulo, et per duos dies ieunet in pane, et aqua, accusa-
tis uero una disciplina, et una dies Ieiunijs superad-
ditur.

Deculpa, et pæna grauiori.

CRauis culpa incurritur, si monialis vocata plu- *De culpa et*
pena graui-
ries pulsatione cimbali ad aliquem contractum
stipulandum negligens fuerit uenire, si sabbatis ad co-
pletorium, et Dominicis diebus, et festis ad chorū non
uenerit cum cappa alba, si cantat in choro lasciuia, et
prohibita, si transgressa fuērit constitutiones de absti-
nentia carnium, si alteri conuiciosē, et irreuerenter lo-
quiuta fuerit. Si priorissa, aut sub Priorissa non visitaue-
rit dormitorium, et cellas omni nocte, si confiteatur ex

G francis



trans extra articulum extremæ necessitatis , si ausa fuerit abstrahere se à communione generali sine licentia , si Priorissa , aut quæ deputata est curandis infirmis , circa eas negligens fuerit , si literas aliarum monialium aperuerit , aut retinuerit malitiosè , si coniurationem , conspirationem , aut colligacionem contra suos superiores fuerit machinata , si obiecerit defectus , aut vitia contracta ex parentibus , si obiecerit crimen correctum . Si percussérit malitiosè aliam monialem , si mittat literas , vel nuntia nostris fratribus sine licentia , si defendérit culpam suam , aut alterius in capitulo pertinaciter . Si cum Priorissa quantum cunq; leuiter contendere ausa fuerit , si preceptum eius non ad impleuerit , si mendax , aut seminans discordias manifestè reperta fuerit.

Q V E autem hęc , et similia perpetrauerit , et accusata fuerit conuicta , ita ut negare nequiverit , suam pęnitentiam faciat in hunc modum , accipiat unam disciplinam cum psalmo miserere in capitulo , et comedat panem , et aquam , postquam comedérit vadat ad cellam sibi à pręsidente assignatam , et in ea persistat ad libitum pręsidentis , et quandiu fuerit in pęnitentia non communicet , nec chorum ingrediatur , nec intersit alicui electioni , ni si electio sine dispensio differri non possit . Nam tunc releuetur à pęnitentia , ut intersit electioni , et facta electione redeat ad pęnitentiam , et non fungatur suo officio , si a liquo habuerit durante pęnitentia .

N V L L A monialis audebit ilii loqui sine superioris licentia , ut intelligat se sequestratam à consortio aliarum sororum , ad quod non redibit nisi per pęnitentiam . Priorissa tamen ne impatienter ferat suam pęnitentiam , aut ne in tentationem desperatio-

perationis labatur, mittat aliquas moniales prudentes, quæ moneant ipsam ad pænitentiam suam faciendam humiliter, et deuotè.

ETIAM Aduertant Priorissæ, quod aliud est comedere panem, et aquam, alium est comedere in terra. Nam quæ adiudicata est, ut comedat panem, et aquam, debet sedere in ultimo loco mensæ coram toto conuentu, et ibi comedere panem suum. Quæ autem adiudicata est, ut comedat in terra, debet sedere super asserem nudum super terram cum cappa alba, et uesti pane, et aqua, et debet expectare usq; ad signum completæ refectionis, et tunc alijs surgentibus de mensa, ipsa de terra surgat, et uadat usq; ad ecclesiam ad gratias post novitios, et carentes voce et loco.

De culpa, & Pena

GRAVISSIMA.

GRAVISSIMA culpa incurritur si procura-
trix defraudauerit bona conuentus, vel introi-
tum non integrè annotauerit, aut expensam fraudu-
lenter multiplicauerit. Si professa officium diuinum
recitare omisserit. Si causa incendi extiterit in
dormitorio, vel alio loco. Si de secretis monaste-
rij quicquam, vel minimum fœcularibus, aut extra-
neis reuelauerit. Si conuersa discat legere sine licetia
Generalis. Si literas Generali, vel Provinciali missas,
vel ab eisdem alijs missas aperuerit, vel malitiosè reti-
nuerit. Si pertinaciter prelate non obediatur. Si cau-

sa fuerit quod Ordo, Prouincia, vel conuentus, vel ali quis superior aliquod malum patiatur, et hoc propter coniurationem, vel propter recursum ad sacerdotes. Si fuerit maga, vel sacrilega utens rebus sacris ad malos fines. Si in peccatum carnis lapsa. Si iniuriosè loquuta fuerit de Domino Papa, Cardinalibus, Regibus, aut prælatis Ordinis. Si potuit accusare aliquam ante superiorem, et non accusauit, et postea diffamauerit, si testimonium falsum contra aliquam dixerit, si diuisionem, aut partialitatem in conuentu fecerit. Si contra Generalem, vel Prouincialem arma leuauerit ad percutiendum, etiam si non percusserit. Si monialem etiam conuersam enormiter læserit. Si fuerit proprietaria. Si fuerit incorrigibilis, quæ culpas non timeat committere, et pænitentias recuset facere.

SI SV PRADICTA CRIMINA ALIqua monialis, vel similia commisserit, data prius sententia à Priore Generali, vel Prouinciali, vel eorum commissario carceri mancipetur, in eodem permäfura, donec tempus taxatum pro illo criminе adimpleuerit, vel per Generalem misericorditer cum ea fuerit dispensatum, attenta sua laudabili pænitentia, patienter, et cum humilitate supportata. Quæ autem incarcera ta fuerit iustè, statim amittit vocem, et locum, et tene tur ieunare in pane, et aqua secundis, quartis, et sextis ferijs. Ad incaceratam nulla monialis potest adire, nec illam alloqui, nec causa visitationis, nec ministracionis sine licentia superioris sub pæna carceris.

A D V E R T A N T moniales nostræ præter has pænas esse alias taxatas in nostris constitutionibus, quas subire tenebūtur, quæ talia delicta commisserint, ut pote priuatio vocis, et loci, priuatio officij, suspēsio officij, in habilitatio ḡi officia, et sententis ex communicationis.

DE

De modo induendi nos

VITIAS.

CVM induenda nouitia fuerit in monasterium introducta, et hora recipiendi habitum appropin quauerit, dederetur ad chorūm processionaliter cantantibus monialib⁹ hymnum. *O gloriofa Domina. Quo finito versiculariæ dicent, Ora proea sancta Dei genitrix, et chorus respōdeat, ut digna efficiatur promissionibus Christi. Et qui facit officium dicat sequentem orationem dicendo Dominus vobiscum, et respondeant, et cum spiritu tuo, habens stollam super caput albam, et ad eius dexteram posita sit aqua benedicta.*

Oremus.

DEVS, qui excellentissimæ virginis, et matris Mariæ titulo humilem Ordinem tibi electū singulariter decorasti, et pro defensione eiusdem miracula suscitasti, cōcede propitijs, ut cuius commemorationem deuoti veneramur, eius auxilijs in præsenti muniri, et in futuro gaudijs sempiternis perfrui mereamur, per Christum dominum nostrum.

QI N T E R I M induenda accedat ad fenestram ferream, et genuflectat ante præsidentem, qui interrogabit in diuendam quid petat, et illa respondente misericordiam Dei, Ordinis paupertatem, habitum gloriosissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli, & societatem sororum Præsidens graui sermone explicit petitionem pro ut dominus dederit. Deinde exponat labores, austeritates, difficultates Ordinis, et regulæ, et constitutionum similiter explicit tria uota, quæ obseruare

seruare debeat obedientiam scilicet, castitatem, & paupertatem, quibus declaratis requirat ab illa an ista tria velit propter amorem Dei obseruare, et induenda respondeat, quod gratia Dei frcta. et orationibus sororum fulcita obseruare conabitur. Tunc praesidens dicat. *Deus qui te incœpit in nobis, ipse te perficiat per Christum dominum nostrum.* Respondeant chorus. Amen. Interim denudetur uestibus secularibus, et praesidēs dicat. *Exuat te dominus veterem hominem cū uestibus suis.* Et respondeat Chorus. Amen. Mox surgant moniales, et praesidens dicat. Versus. *Domine Deus virtutum conuerte nos.* R. *Eto stende faciem tuam, et salvi erimus.* versus. *Domine exaudi orationem meam.* R. *et clamor meus ad te veniat.* versus. *Dominus vobiscum.* R. *et cum Spiritu tuo.*

Oremus.

Domine Deus virtutem suplices de precamur clementiam tuam, ut hanc femulan tuam. N. miserationis tuæ abundantia ab omni vetustatis erceptione expurget, et capacem sanctæ nouitatis efficiat, per Christum D.N.

Oratio.

Deus indulgentiæ, & misericordiarum pater, qui seueritatem tuæ discretionis temperans, indulisti, ne filius portet iniquitatem patris

tris, & mirabili dispensatione, malis benè vtens.
tuæ dignationis gratiam per peccatorum mini-
sterium frequenter largiris, quæ sumus im-
mensam clementiam tuam, vt huic famulæ tuæ
non obstat, quod habitum nostræ sacræ reli-
gionis, ad honorem Beate Mariæ virginis de
monte Carmelo dedicatæ, per nos, tanto, ac tali
ministerio indignos, hodie suscipit; sed ministe-
rium, quod per nos exterius exhibetur, tu interi-
us per donū sancti spiritus exequaris. Per Chri-
stum dominum nostrum. Respon. Amen.

Oremus.

Domine Iesu Christe, æterni Patris vnige-
nite, qui nostræ mortalitatis tegmē in bea-
tæ, & intemeratae virginis Mariæ vtero indu-
re, & mundum peccatis inueteratum, per tuæ
incarnationis mysterium, renouare dignatus es:
te supplices exoramus, vt intercedente ipsa tua
genitice Maria, huius sanctæ Religionis Patro-
na præcipua, hæc famula tua in spiritu mentis
suæ renouata, veterem hominē cum actibus suis
exuat; & nouum hominem, qui secundum Deū
creatus est induere mereatur. Qui viuis.

S A N C T E Spiritus, qui te Deum, ac Domi-
num reuelare dignatus es mortalibus, immen-
sam tuæ pietatis postulamus gratiam: vt sicut
ybi yis spiras, sic & huic ancillæ tuæ affectum

deuotionis eoncedas: ut per intercessionem bea-
tissimæ virginis Mariæ, cui peculiariter in san-
cta religione deuotum exhibere disposuit famu-
latum, eam à vanitate sæculi veraciter cōuertas:
& ad huius sancti propositi obseruantiam facias
ita certatim feruere, vt iuste, & piè viuendo, per
talem humilitatis, & obedientiæ, castitatis, abdi-
cationisq; proprietatis, in fraterna charitate fer-
uida, fælici perseuerantia, huius sancti proposi-
ti cursum salubriter valeat cōsummare: quod ip-
se præstare digneris, qui cum Patre, & filio vi-
vis, & regnas Deus in sœcula sœculorum.

Resp. Amen.

¶ Post hæc dum nouitia induitur uestibus interiori-
bus Religionis presidens benedicathabitum dicendo
versum. *Adiutorium nostrum in nomine domini.* Rx. qui
fecit cœlum et terram. versus. *Sit nomen domini benedi-*
cium. Rx. *ex hoc nunc, et usq; in sœculum.* versus. *Do-*
mine exaudi orationem meam. Rx. *Et clamor meus ad te ve-*
niat. versus. *Dominus vobiscum.* Rx. *et cœm spiritu tuo.*

Oremus.

DOMINE Iesu Christe, qui tegmen no-
stræ mortalitatis induere dignatus es, ob-
seruamus immensam tuæ largitatis abundantiam
ut hoc genus uestimentorum, quod sancti patres
ad humilitatem cordis, contemptum mundi, et
candorem mentis significandū ferre sanguinerunt,

ita

ta benedicere digneris, ut hæc famula tua, quæ
eo usq; fuerit te Christum induere mereatur.
Amen.

Deinde benedicat corrigiam dicens.

¶ Omnipotens sempiterne Deus pius, et misericors, qui peccatoribus pietatis tuæ misericordiam, quærentibus ueniam, et misericordiâ tribuisti, Oramus immensam Clemenciam tuam, ut hanc corrigiam bene^X dicere, et sancti^X facere digneris, ut quæcūq; pro peccatis suis cincta fuerit, et misericordiam tuam implorauebit, ueniam, et indulgentiam tuæ sanctæ misericordiæ consequatur. Per Christum Dominum nostrum.

Et postea benedicat velamina dicens.

¶ Bene^X dic quæsumus omnipotens Deus veniam istud famulæ tuæ capiti imponendum, ut in ipsum bene^X dictio tuæ pietatis descendat, ut sit in ea sanitas, sanctitas, castitas, virtus, uictoria, sanctimonia, humilitas bonitas, mansuetudo, legis plenitudo, et obedientia, ac Dei patris et filij^X & Spiritui Sancti perpetuo auxilio protegatur per Christum Dominum nostrum.

Deinde benedicat Breuiarum dicens.

¶ Domine Iesu Christe, qui discipulos tuos orare docuisti, suscipe quæsumus bene^X dicendo

H

ora

orationes famulæ tuæ, & eam aspirando præueni, et adiuuando prosequere, ut cuncta cius oratio, à te semper incipiat, et per te cœptaficiatur. Per Christum Dominum nostrum.

Et completis benedictionibus aspergantur vestimenta aqua benedicta.

Et dum à monialibus nouitia induitur habitu Ordinis præsidens dicat. Dominus vobiscum. R. Et cū spiritu tuo.

Oratio.

¶ Adesto Domine supplicationibus nostris, ut famulam hanc bene dicere digneris, et eam cui in tuo nomine habitu sanctæ Religioni virginis Mariæ imponimus à mundi impedimento, et fæculari desiderio defende, et concede ei in hoc sancto proposito deuote persistere, et remissione peccatorum percepta ad electarū tua rum ualeat peruenire consortium: per Christū Dominum nostrum. Amen.

Et postea dicat. Induat te Dominus nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iusticia, et sanctitate veritatis. In nomine patris. ¶ filij, & Spiritus sancti. faciens signum crucis. ¶. R. Amen. Deinde accipiat corrigiam præsidens, et conuersus ad altare dicat. Accinge Domine Iesu Christe lumbos mentis eius, ut se uiat tibi in tabernaculo tuo, qui viuis, & regnas in secula seculorum. Amen. Dum præcinctus nouitia, à monialibus dicat præsidens. Accipe corrigiam super lumbos tuos, ut sint lumbi tui præcincti in signum temperantie, & castitatis in nomine patris, ¶ filij et Spiritus sancti. Amen.

Et imponens scapulare dicat. Tolle iugum Christi sua-

ue, et orus eius leue in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Amen. Deinde accipiat praesidens cappam albam, et conuersus ad altare dicat. Mortifica Domine Iesu Christe famulam tuam, ut uestimento humilitatis, & salutis circundetur. Qui uiuis & regnas in saecula saeculorum. Amen. Et dum nouitie imponitur cappa a monialibus dicat praesidens. Accipe clavidem albam in signum puritatis. & continentiae, ut Deo seruias in simplicitate, & charitate in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Amen. Deinde accipiat breuiarium, et conuersus ad altare dicat. Septies in die laudes dicat tibi Domine Iesu Christe, ut mens eius ad super celestia ereta ibi, qui es omnium in te credentium salus sempiterna in haeret. Qui uiuis, & regnas in saecula saeculorum. Amen. Deinde traddat breuiarium dicens. Accipe signum orationum in manibus tuis, ut more contemplati contempta felicitate terrena praesentem uitam habeas in patientia, & indesiderio futurum cupiens disolu, & esse cum Christo In nomine Patris X & filii X & spiritus sancti. Amen. Post modum accipiat candelam accensam, et conuersus ad altare dicat. Domine Iesu Christe, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illustra faciem tuam super ancillam tuam, ut teuerum lumen agnoscat, et ardenti charitate diligat. Qui uiuis, & regnas in saecula saeculorum. Amen. Deinde traddens candalam dicat. Accipe candalam in manibus tuis in signum supernae illustrationis, et inflammatae charitatis. In nomine patris X & filii X & spiritus sancti. Amen. Deinde accipiens velum candidum (quod debet portare nouitia tempore sui nouitiatus) & conuersus ad altare dicat. Aperie domine Iesu Christe, et aperi oculos ancilla tua: ne videant vanitatem, ut in corde eius uera uita conspiciat, & in omnibus actibus eius ardenti delectione perquirat. Qui uiuis, et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Et ponate ei uelum dicens. *Accipe velum candidum super caput tuum in signum munditiae, puritatis, et obedientiae.*
In nomine patris *et filij* *et Spiritus* *sancti. Amen.*
Deinde asperget nouitiam aqua benedicta, & exten-
dens manum super eam dicat. *Dominus vobiscum et*
cœst.

Oremus.

ADESTO Domine supplicationibus no-
stris, et hanc famulam tuam, quam in san-
cto Religionis flamine sociamus, perpetua firmi-
tate corroboram, ut perseveranti proposito in
omni sanctitate tibi ualeat famulari. Qui viuis
et regnas in sæcula sæculorum Amen.

Postea, omnibus genu flexis incipiat præsidens hym-
num. *Veni creator spiritus.* et dum cantatur hymnus,
nouitia se prostret super tapetum in medio chori. Et
hymnus dicto dicatur. *Kirie eleison. Christe eleison, Kirie*
eleison. Pater noster. Et presidens stans dicat *Et ne nos in-*
ducas in tentationem. R₂. sed liberanos à malo. vers. *Man-*
da Deus virtutum. R₂. *Confirma hoc Deus quod opera-*
tus es in ea. versus. *Saluam fac ancillam tuam.* R₂. *De-*
us meus sperantem in te. vers. *Esto ei domine turris forti-*
tudinis. R₂ *A facie inimici.*

verl. *nihil proficiat inimicus in ea.*

R₂. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.*

vers. *Orapro ea sancta Deigenitrix.*

R₂. *Ut digna efficiatur promissionibus Christi.*

vers. *Domine exaudi orationem meam.*

R₂. *Et clamor meus ad te veniat.*

vers. *Dominus vobiscum.*

R₂. *Et cum spiritu tuo.*

Ore-

Oremus.

¶ Deus, qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da ei in eodem spiritu recta sapere; et de eius semper consolatione gaude-re.

¶ Protege Domine famulam tuam subsidijs pa-cis, et beatæ Mariæ semper virginis patrocinijs confidentem; à cunctis hostibus redde secu-ram.

¶ Deus qui iustificas impium, et nonuis mor-tem peccatorum; maiestatem tuam suppliciter exoramus, ut famulā tuam detua misericordia confidentē cælesti protegas benignus auxilio, et a sidua protectione conserues; ut tibi ingiter famuletur, et nullis temptationibus à te separe-rur.

¶ Deus misericors, Deus clemēs, cui cuncta bo-na placent, sine quo nihil bonum perficitur: ad-sint nostris humilibus precibus, tuæ pietatis au-res: et hanc famulam tuam, cui in tuo sancto no-mine sacræ nostræ Religionis habitum imponi-nimus, et à mundi impedimento, et sæcularidesi-derio defende: et cōcede ei, ut in hoc sancto pro-pósito deuota persistens, et remissione peccato-rum percepta ad electarum tuarum valeat con-fortium peruenire.

¶ Deus, qui non uis mortem peccatorum, sed pænitentiam, et uitæ emendationem semper in-

inquiris: ce suppliciter de precamur, ut hoie famulæ tuæ sœcularibus actibus renuntianti largam tuæ pietatis gratiam infundere digneris, quatenus castris tuis inserta, ita tibi militando stadiūvitæ præsentis percurrere ualeat, ut bramium æternæ remunerationis te donante percipiat: & sicut ista, te Deo inspirante, nostris operat iungi cōfortijs (propter quod damus ei communem societatem viuendi nobiscum, quatenus à te Domine possumus promereti, & nostrum est largiri) sic cum electis, à te remuneratore omnium honorū ualeat præmiare promissa percipere, per Christū Dominū nostrū.

His dictis as pergatur aqua benedicta, et eleuetur à terra, et deducatur ad osculandum altare reuerenter & deuotē.

¶ Ultimo faciat reuerentiam prioris osculando eius manum, et amplectatur omnes mouiales per ordinē, et unicuiq; dicat *Ora Deum pro me soror.* postea ultimo loco collocetur inter nouitias, et hac die sacram recipiat Eucharistiam, et uestes eius sœculares usq; ad professionem referuentur.

De modo faciendi PROFESSIONEM.

¶ Admissa nouitia per suffragia secreta ad professionem, quam prius per tres vices petere debet nouitia in capitulo, cum dies assignata aduenerit, congregentur moniales, et deducant nouitiam ad chorum processionaliter, sicut in receptione nouitarum dictum est, et nouitia sit genu flexa ante presidentem, haben-

tem

tem stollam super cappam albam , à qua interroget
quid petat,& presidens exponat iterum labores Ordini
nis,& quod uiuere debet in obediētia, paupertate,&
castitate,qua respondente esse paratam obseruaregra
tia Dei,& orationibus sororum adiuta(ut supra in re
ceptione nouitiarum) statim faciat suam professionē,
habēs schedulā in manibus proprio nomine cōsigna
tā(si scribere sciat)dicēs alta & intelligibili uoce.

Ego soror. N. facio professionem meam, &
promitto obedientiam Deo, & beatæ Mariæ
Virgini de Monte Carmelo, & Reuerēdissimo
patri. N. Priori Generali fratum Ordinis eius
dem beatæ Mariæ virginis de Monte Carmelo
suiq; successoribus secundum regulam prædicti
Ordinis usq; ad mortem.

Et in dorso sche dulæ ponatur dies, mēsis, & annus hu
ius modi professionis. Et postea in libro propositentiū,
(quē singula monasteri debent habere iuxta præcep
tum sanctissime congregationis concilij Tridentini)
rursus scribatur nomen, patria, parentes profetentis
et dies, mensis, et annus professionis factæ, in quo li
bro debet se iterum signare, quæ facit professionem,
si scribere sciat, si autem nesciat: facere debet propria
manu signum crucis, subscribat etiam reliquæ mo
niales, quæ professioni interfuerere. Annotetur in su
per in eodem libro quid nomine dotis pro sustentāda
moniali monasterio datū sit, Annotetur ultimo an re
nunciauerit bonis paternis, vel maternis, et quibus
conditionibus.

Facta professione, quam iuxta antiquam nostri Ordini
nis consuetudinē ter repetere debet, dicat presidens.

Immola Deo sacrificium laudis. Et chorus respondeat.

Ed redde altissimo uota tua. Tunc consignet schedu

Iam in manus priorisſe dicens. *Vota mea Domino redam in conspectu omnis populi eius in atrij s domus Domini.*
Deinde dicat præsidens. *Deus qui te incepit in nobis, ipse te perficiat per Christum Dominum nostrum.* Respondeat chorus. *Amen.* Tunc surgant omnes excepta professa. Super quam hanc dicet orationem. *Dominus vobiscum.* R. *& cum spiritu tuo.*

Oremus.

CSempiterne Deus, et omnipotens pater, qui humanæ fragilitatis infirmitatem agnoscis, respice quæsumus super hanc famulam tuam, & larga tuæ bene*X*dictionis abundantia imbecillitatem eius corroborare digneris, ut promissa uota, quæ præueniendo aspirasti, per auxilium gratiæ tuae, sancte pie, ac religiose viuendo, valeat vigilanter obseruare, & obseruando uitam promereri sempiternam. Per Christum Dominum nostrum.

Oremus.

C Deus indulgentiæ.

C Domine Iesu Christe.

C Sancte Spiritus.

Vt in receptione nouitarum.

D E I N D E Benedicat præsidens vestimenta (sicut in receptione nouitarum dictum est) & postquam induita fuerit, alperget eam aqua benedicta, & extendens manum super eam dicat hanc orationem sine dominus vobiscum.

Oremus.

¶ Dominus Iesus Christus pater misericordiarum, & consolator peccatorum, qui dixit nolo mortem peccatoris, sed magis, ut conuertatur, & qui non venit vocare iustos, sed peccatores ad pænitentiam, ipse sua inefabili misericordia, & solita pietate ad ueram cordis cōtritionem te vocet, & gratiā deuotæ pænitentiæ inspiret, ut digne habitum sanctæ professionis, & promissa sancti Ordinis valeas ad implere, ac in suo sancto seruitio perseuerare, & cum electis eius ad æterna gaudia fæliciter peruenire. Qui cum patre et Spiritu Sancto viuit & regnat Deus in saecula saeculorum. Amen.

Et finita hac oratione aspergat iterum eam aqua benedicta dicendo. *In nomine patris et filij, & Spiritus Sancti.* Tunc præsidens incipiat solenniter. *Te deum laudamus, Te dominum confitemur.* Et dum cantatur a monialibus professa se prosternat super tapetum in modum crucis, & interim pulsetur campana tamquam pro mortua moniali, & incensetur. Finito te Deum laudamus dicatur. *Kyrie eleison, &c. Omnia ut in receptione nouitarum.*

Defacro velo imponendo MONIALIBVS NOSTRIS.

CVM Dies assignata aduenerit monialis professa ad chorum processionaliter deducatur a monialibus

libus cantibus hymnum, *Venf. creator spiritus.*
Quo fiant dicat sacerdos. vers. *Emi te spiritum tuum*
& creabuntur, R_g. *Et renouabis faciem terrae.* vers. *Sal-*
nam fac ancillam tuam. R_g. *Deus meus sperantem in te*
vers. *Dominē exaudi orationem meam.* R_g. *Et clamor me-*
us ad te veniat. vers. *Dominus vobiscum.* R_g. *Et cum*
Spiritu tuo.

Oremus.

DEVS Qui corda fidelium Sancti Spiritus illu-
stratione docuisti, da ei in eodem Spiritu recta
sapere, et de eius semper consolatione gaudere. Per
Christum.

In terim ponatur uelum super altare. Postea cante-
tur Missa secundum devotionem eius, quæ uelum
suscepturna est. Et dum cantatur Missa, aderit uclanda
ad fenestellā genuflexa candellam incensam habens
in manu, & sacerdos orationibus Missæ addet & se-
quentem.

Oremus.

QUESVM VS Domine Deus omnipotens, fa-
mulam tuā placibili preitate respice, & cor eius
tui amorisigne succende: Ut tibi toto corde deuota,
et præsentibus aduersitatibus liberetur, & optatis
gaudeat prosperitatibus æternis. Per Dominum no-
strum.

SECRE

secreta;

Cælestem medicinam quæsumus Domine præbe
Ant famulæ tuæ hæc misteria: Et uitia eius expur-
gent.

Post commun.

Auxiliare Domine quæsumus famulæ tuæ: ut cor
pore pījs actionibūs intenta, donis gratiæ tuæ
perfruatur. Per Dominum.

Finita Missa. Sacerdos benedicat velum super altare.
vers. Adiutorium nostrum nō nomine Domini. R. qui fe-
cit cœlum & terram. vers. Ostende nobis Domine misericor-
diam tuam. R. Et salutare tuum da nobis. vers. Domine
Deus virtutum conuerte nos. R. Et ostende faciem tuam
& salvi erimus. vers. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te ueniat. vers. Dominus vobiscum.
R. Et cum Spiritu tuo,

Oremus.

DOMINE Iesu Christe auctor virtutum & a-
mator pænitentiū qui virtutibus omnibus præ-
ditus in hoc iæculo apparuisti, atq; paupertatem, &
castitatem peculiariter manifestandas elegisti & pec-
catores ad pænitētiā misericorditer uocasti, & om-
nes fideliter se conuertentes piè suscepisti, tuā ineffabi-
lē misericordiā suppliciter exoramus, quatenus hoc
velum sancti  ficare: & bene  dicere digneris, &
concede propitius ut quæcunq; illud deuotè insig-

Nūm sancte conuersationis gestauerit , cum ueste im-
maculata ante tribunal tuum in sanctorum agmine
glorificata in die iudicij ualeat apparere. Qui cum pa-
tre & Spiritu sancto uiuis & regnas in sœcula sœculo-
rum. Amen.

Finita hac oratione aspergataqua benedicta uelum,
& Moniales cantent hoc. Rx. Amo Christum in cuius tha-
lamum introiui, cuius mater uirgo est, cuius pater fæminam ne-
cir, cuius mihi organa modulatis uocibus cantat. Psalm, Quem
cum amauero casta sum, cum tetigero munda sum, cum accepe-
ro uirgo sum. Rx. Annullo suo faburrauit me &, immensis
monialibus ornauit me. Psalm. Quem cum amauero, ca-
sta sum, cum tetigero munda sum, cum accepero, uirgo sum.
Finito hoc. Rx. Sacerdos conuersus ad fenestellam inci-
piat hanc antiphonam. Veni sponsa Christi. Quam
prosequatur chorus dicens. accipe coronam quam tibi
Dominus preparauit in æternum. Qua cantata incipiunt
duæ Moniales hunc psalmum. Exaudiat te Dominus
in die tribulationis. Quem usq; ad finem prosequatur
chorus. Et repeatet Antiphonam. Veni sponsa Christi.
Statim sacerdos sine. Dominus uobiscum et sine, Oremus
dicat, Dominus sit tibi adiutor & protector, atq; omnium
peccatorum tuorum indultor. resp. Chorus. Amen.
Deinde quæ uelū est suscepitura dicat hanc Antiphonam.
suscipte me Domine secundum eloquium tuum, et uiuam
et non confundas me ab exputatione mea. statim sacerdos
imponens ei uelum dicat. Accipe uelum sacrum, pu-
doris & reuerentie signum, quod perferas ante tribunal Do-
mini nostri Iesu Christi, ut habeas uitam æternam, & uiuas
in sœcula seculorum. resp. Amen. Post Monialis,
quæ uelum sacrum accepit incipiatur Antiphonam.
Posuit signum in faciem meam. Et chorus prosequatur.
ut nullum præter cum amatorem admittam. Qua finita di-

eat sacerdos sine. Dominus uobiscum et sine, oremus.
Benedicat te Deus Pater ☧ qui in principio cuncta creauit,
Resp. Amen. Benedicat te Deus filius ☧ qui de supernis
sedibus pro nobis saluator Deus descendit, ☧ crucem subire
non recusauit. resp. Amen. Benedicat te Spiritus sanctus ☧
qui in similitudine columbae in Iordanе super Christum requi-
euit, resp. Amen. Et ipse in Trinitate perfecta sanctificet ☧
Et custodiat te omnibus diebus uitæ tuæ, quem venturum ad
iudicium expectamus. Quiccum patre Et Spiritu Sancto uiuit
et regnat in saecula saeculorum. resp. Amen. Propitietur De-
minus cunctis infirmitatibus tuis resp. Amen. Sanet omnes lan-
guores tuos. resp. Amen. Redimatq; de interitu vitam tuam.
resp. Amen. Corroboret atq; confirmet in bonis desiderium
tuum. Qui in trinitate perfecta uiuit Et regnat Deus in saecula
saeculorum. resp. Amen.

Hij s finitis sacerdos benedic tam dicēs. Benedictio
Dei omnipotentis patris ☧, Et filii ☧ Et spiritus sancti ☧
descendat Et maneat super hanc famulam Dei. ref. Amē.
Et aspergataqua benedicta. Et incipiat hymnum. Te
Deum laudamus. Quē chorus prosequatur. Et dicto.
Kyrie eleysion Christe eleysion Kyrie eleysion. Sacerdos di-
cat. Et ne nos inducas intimationem. resp. Sed liberanos
à malo. Vers. Manda Deus virtutum tuæ. ref. Confirma hoc
Deus quod operatus es in ea. Vers. Saluam fac seruam tuam.
resp. Deus meus sperantem in te. Vers. Esto ei Domine tur-
ris fortitudinis. resp. à facie inimici. Vers. Nihil proficiat
inimicus in ea. resp. Et filius iniquitatis non apponat noce-
re ei. Vers. ora pro ea sancta Dei genitrix. resp. ut digna
efficiatur promissionibus Christi. Vers. Domine exaudi. Vers.
Dominus uobiscum.

18652645

Oremus.

DEVS qui corda fidelium Sancti Spiritus illustra-
tione docuisti da ei in eodem spiritu recta sape-
re & de eius semper consolatione gaudere.

Oremus,

PROTEGE Domine famulā tuā subīdijs pacis,
& beate Mariæ semper virginis patrocinijcōfidē-
tem: a cūctis hostib⁹ redde securā. Per Christū. D.N.
His finitis reducatur procesionaliter.

Finis.

INDEX CAPITVLORVM.

Cap. 1. de diuino officio, oratione lectione, confessio-
nib⁹, & communionibus. habet. §. 28

Cap. 2. de communī uitæ usu, modoq; uiuendi com-
muniter, & de proprietate collenda, habet. §. 22

Cap. 3. de clausura, & de his, quæ ad eam tuendam
aliqua ratione pertinent, habet. §. 45

Cap. 4. de Nouitijs recipiendis, l. ad professionem ad-
mittendis, habet. §. 21

Cap. 5. de ministris monialium, ac earum electione
& officio, habet. §. 32

Cap. 6. de uellis educandis, habet. §. 2

Cap. 7. de confessoribus, concionatoribus, uiſita-
toribus, & capellanis, habet. §. 9

Cap. 8. de rerum temporalium administratione, ha-
bet. §. 12

Cap. 9. de modo faciendi Capitulum culparum, ha-
bet. §. 7

Cap. 10. de culpa leui, & penaleui, & de culpa me-
dia, graui, grauiori, grauissima, & de pæna corre-
pondenti.

De modo induendi nouicias.

De modo professandi.

De sacro velo imponendo.

